

Sextus Iulius Frontinus Vir conſularis de re militari.

Flauius Vegetius Vir Illuſtris de re militari.

Aelianus de inſtruendis aciebus.

Modeſti libellus de uocabulis rei militaris.

AD MAGNIFICVM SENATOREM MINVM RO SCIVM PHILIPPI BEROALDI EPISTOLA.

r EI Militaris Disciplina cæteris omnibus haud dubie præcellit: utpote maximorum regnorum effectrix ac parens. Hæc Cyro persæ/ hæc Alexandro Macedoni/ hæc Cæsari romano nomen peperit eternum. Hæc innumeros principes nunc olim immortalitate donauit. hæc orbem terrarũ parere Romano imperio coegit. Vnde non minus uere q̃ speciose dixit Arpinas orator. Cedat forũ castris/ Ocium militiæ/ Stilus gladio/ Vmbra soli. De hac tam preclara tãꝗ excellenti disciplina militari prisco seculo non pauci commentãtes scripsere eloquenter et scienter: Ex quibus plane conditoribus ad nepotes peruenerunt Frontinus/ Vegetius/ Helianus/ ac Modestus: qui ueluti quadriga per militarem campũ latissime decurrũt: omnesq; militiæ meandros cum laude ingrediuntur. Hos ego nuperrime relegi/ emendauiq; Mine mi eruditorum nobilissime in ponticulano tuo feriatus: quo saluberrimo secessu nihil amenius/ nihil magnificentius/ nihil pulchrius noui. Adeo ut laurentinũ Plinianũ/ ut uillæ Lucullianæ/ ut p̃toria omnia a luxuriosis edificatoribus magnificenter extructa cum Ponticulano Rosciorum comparari uix mereantur. Te beatum meritissimo nuncupant cui res adest et uirtus. Hosce igitur doctores rei bellicæ luculentos in contubernio tuo/ quo nil dulcius/ emendatos impressori euestigio dedi sub nomine tuo publicandos: Quorum eruditio non protrita/ quorum lectio oppidoq̃ erudita est. Qui non minus utiles futuri sunt pallentibus in umbra scolasticis: q̃ coloratis sub dio bellatoribus: Quos tu quæso/ quũ uacabit/ ne spreueris/ uel transeunter inspicere. Vale. Et Philippum tuum ama mutuiter.

SEXTI IVLII FRONTINI VIRI CONSVLARIS STRATEGEMATICON LIBER PRIMVS

c

Vm ad aſtruendam rei Militaris ſciētiam / unus ex numero ſtudioſorũ eius acceſſerim : eiqꝫ deſtinationi quãtum cura noſtra ualuit ſatiſfeciſſe uiſus ſim: deberi adhuc inſtitutæ arbitror operæ ut ſolertia ducum facta: quæ a græcis una Strategematicon appellatione comprehenſa ſunt / expeditis amplectar commentariis. Ita enim conſilii quoqꝫ et prouidentiæ exemplis ſuccincti duces erunt. Vnde illis excogitandi gerendiqꝫ ſimilia facultas nutriatur. Præterea continget ne de euẽtu trepidet inuentionis ſuæ: qui probatis eam experimentis comparabit. Illud neque ignoro neque inficior etiã rerum geſtarum ſcriptores indagine operis ſui hãc quoqꝫ partem eſſe complexos : et ab autoribus exemplorum quicquid inſigne aliquo modo fuit traditum . Sed ut opinor occupatis / uelocitate conſuli debet. Longum enim eſt / ſingula et ſparſa per immenſum corpus hiſtoriarũ proſequi. Et hi qui notabilia excerpſerũt / ipſo uelut aceruo rerum cõfuderunt legentem. Noſtra ſedulitas impendet operam / ut quemadmodum res poſcet ipſum quod exigitur quaſi ad interrogatũ exhibeatur. Circumſpectis enim generibus præparaui oportuna exemplorum ueluti conſilia: quo magis autem diſcreta rerum collocarentur uarietate / apte in tres libros ea diducimus. In primo erunt exempla quæ competant prælio nõdum cõmiſſo. In ſecundo quæ ad prælium / et confectam pactionẽ pertineant. Tertius inferendæ ſoluendæqꝫ obſidionis habebit ſtrategemata. Quibus deinceps generibus ſuas ſpecies attribui / huic labori non iniuſte ueniam paciſcar: ne me pro incurioſo reprehendat / qui preteritum aliquod a nobis reppererit exemplum. Quis enim ad percenſenda omnia monumẽta quæ utraqꝫ lingua tradita ſunt ſufficiat? Vnde multa tranſire mihi ipſe permiſi: quod me non ſine cauſa feciſſe ſcient : qui aliorum libros eadem promittentium legerint: Verum facile erit ſub quacũque ſpecie ſuggerere: Nam cũm hoc opus ſicut cætera uſus potius aliorum quam meæ commendationis cauſa / aggreſſus ſim / adiuuari me ab his qui aliquid illi aſtruẽt non argui credam : ſi qui erunt quibus uolumina hæc cordi ſint meminerint / ut parent gratiam / per quam poſſimus ſimilem naturam diſcernere. Nam tũ omnia quæ a duce prouide : utiliter : magnifice : conſtanter fiunt /

et partiuntur gratiam habebunt si in specie eorum sunt / et gratia eo / rum proprie uis in arte solertiaq; posita proficit tam ubi cauendus : q̄ ubi opprimēdus hostis sit. Qua in re cum uerborum quoq; illustris extiterit effectus / ut factorum ita dictorum exempla posuimus.

Species eorū: quæ instruant ducē in his: quæ ante præliū gerēda sunt.

De occultandis consiliis. C.i.

m Arcus Portius Cato / deuictas a se ciuitates Hispaniæ / existimabat in tēpore rebellaturas fiducia murorum: scripsit itaq; singulis ut diruerēt munimenta. minatus bellum nisi confestim obtēperassent: epistolasq; uniuersis ciuitatibus eodem die reddi iussit: una quæq; urbium sibi soli credidit imperatum. Cōtumaces cōspiratio potuit facere si omnibus idem denuntiari notum fuisset. Hamilcar dux penorum ut in Siciliam inopināter appelleret classem / non pronuntiauit quo proficisceretur sed tabellas in quibus scriptum erat quam partem uellet petere uniuersis gubernatoribus dedit signatas. præcepitq; ne quis legeret / nisi ui tēpestatis a cursu prætoriæ nauis abductus esset. Caius Lelius ad Syphacem profectus legatos quosdā ex tribunis et centurionibus per speciem seruitutis ac ministerii exploratores secum duxit: ex quibus. L. Statorium quia sæpius in eisdem castris fuerat quidam ex hostibus uidebantur agnoscere: occultandæ conditionis eius causa baculo ut seruum castigauit. Tarquinus superbus pa

ter principes Gabiorum interficiendos arbitratus: quia hoc nemini uolebat innotescere commissum: nihil nuntio respondit qui ad eum a filio erat missus: tamen uirga eminentia papauerum capita cum forte in orto ambularet decussit. nūtius sine responsione reuersus renuntiauit adolescenti Tarquinio / quid agentem patrem uidisset. ille intellexit idem esse eminentibus faciendum. Cæsar qui suspectā habebat ægyptiorum fidem per speciem securitatis inspectione urbis atq; operum ac simul licentioribus conuiuiis deditus uideri uoluit captum sese / gratia locorum / ut ad mores Alexandrinos uitamq; deficeret: atq; inter eam dissimulationem præparatis subsidiis occupauit ægyptum. Ventidius Parthico bello aduersus Pachorum regem non ignarus Pharneū quēdam natione tyriestem / ex his qui socii uidebantur omnia quæ apud ipsos agerentur nūtiare parthis: perfidiam barbari ad utilitates suas cōuertit. Nam quæ maxime fieri cupiebat ea se uereri ne acciderent / quæ timebat / ea ut euenirent se optare simulabat: Sollicitus itaq; ne parthi ante trāsirent Euphratem / q̄ sibi superuenirent legiones: quas in capadocia trans Taurum habebat: Studiose cum proditore egit: uti solēni perfidia parthis suaderet per zeugma traiicerent exercitum / qua et breuissimum iter est: et omisso alueo euphrates decurrit. Nāq; si illac uenirent asseuerabat se oportunitate collium usurum ad eludendos sagittarios: Omnia autem uereri si se in patentes campos proiecissent. Inducti hac affirmatione barbari inferiore itinere per circuitum adduxerūt exercitum. Dumq; fusiores ripas et ab hoc operosiores pontes iungunt instrumentaq; moliuntur. xl. amplius dies ipenderunt quo spatio Vētidius ad contrahendas usus est copias. Eisq; triduo anteq̄ parthus aduenirent receptis: acie commissa uicit parthos et interfecit. Mythrydates circūuallante Pompeio fugam in proximam diem moliens / huius consilii obscurandi causa / latius et usq; ad applicitas hosti ualles pabulatus: Colloquia quoq; cum pluribus auertēdæ suspitōnis causa impostterum constituit: Ignes autem frequentiores ꝑ tota castra fieri iussit: Secunda deinde uigilia ꝑ ipsa castra hostium agmen eduxit. Imperator Cæsar Domitianus Augustus Germanicus / cum germanos qui ī armis erant uellet opprimere / nec ignoraret maiore bellum molitione inituros: si aduentum tanti ducis præsensissent: ꝓfectionem suā sensu obtexuit galliarum. sub quibus inopinato bello affusus contusa immanium ferocia nationum ꝓuinciis consuluit. Claudius Nero cum cuperet Hasdrubalem copiasq; eius anteq̄ Hānibali fratri iungerentur occi

Cæsar in ægypto

Ventidius in parthos
Pharneus

zeugma

Mithridates aduersus

Domitianus in germanos

dere. Iccircoq; feſtinaret ſe Liuio Salinatori collegæ ſuo / cui bellū man datū fuerat / parum fidens uiribus quæ ſub ipſo erant adiungere: neq; tamen diſceſſum ſuū ab Hannibale cui oppoſitus erat ſentiri uellet. x. milia fortiſſimorū militū elegit: præcepitq; legatis quos relinquebat / ut eædem ſtationes et uigiliæ æque agerentur. totidem ignes arderent / eademq; facies caſtrorum ſeruaretur: ne quid Hannibal ſuſpicatus au / deret aduerſus paucitatem relictorum: Cum demū in umbria occulta tis itineribus collegæ ſe iūxiſſet uetuit caſtra āpliari: ne quid ſigni aduē tus ſui pœno daret detractaturo pugnam ſi conſulū iunctas uires intel lexiſſet. Igitur inſcium duplicatis aggreſſus copiis ſuperauit et ueloci us omni nuntio rediit ad Hannibalem. Ita ex duobus callidiſſimis ducibus penorum eodem conſilio Alterum celauit: Alterū oppreſſit.

Themiſtocles exhortans ſuos ad ſuſcitandos feſtināter muros quos iuſſu Lacædemoniorū deiecerant legatis Lacædemonem miſſis: qui in terpellarent reſpondit uenturum ſe ad diluendam hanc exiſtimationē / et peruenit Lacædemonem: ibi ſimulato morbo aliquantū tempus cō / traxit: et poſtq̄ intellexit ſuſpectam eſſe tergiuerſationē ſuam conten / dit falſum ad eos rumorem: et rogauit ut mitterent aliquoſ ex principi bus quibus crederēt de munitione Athenarum / ſuis deinde clam ſcrip / ſit / ut eos qui ueniſſent retinerent: donec refectis operibus confiteren tur Lacædemoniis munitas eſſe Athenas: nec aliter principes eorum re dire poſſe q̄ ipſe remiſſus foret: quod facile præſtiterūt Lacædemonii: ne unius interitu multorum mortē penſarent. Lucius Furius / exerci tu producto in locum iniquū cum conſtituiſſet occultare ſollicitudinē ſuam ne reliqui trepidarent paulatim ſe inflectens tanq̄ circuitu maio re hoſtem aggreſſus conuerſo agmine ignarum rei quæ agebatur exer citum incolumem reduxit. Metellus in Hiſpania interrogatus quid poſtera die facturus eſſet / tunicam meam ſi eloqui poſſet inquit com burerē. .M. Licinius Craſſus percontanti quo tempore moturus eſ ſet caſtra / reſpondit / uereri ſe ne tuba id audiat.

De explorandis conſiliis hoſtium. Ca. ii.

ſ Cipio Africanus capta occaſione mittendæ ad Syphacem le gationis cum Lelio ſeruorum habitu tribunos et cēturiones electiſſimos ire iuſſit: quibus curæ eſſet proſpicere regias ui / res hi cum liberius caſtrorū poſitionem ſcrutarentur equum de indu / ſtria dimiſſum tanq̄ fugientem perſecuti / maximā partem munimen /

torum circuierunt:quæ cũ nuntiassent incendio confectum est bellũ.
Quintus Fabius maximus bello Hetrusco cum adhuc incognitæ foret
Romanis ducibus sagatiores explorandi uiæ fratrem Fabium Cesonẽ
peritum linguæ hetruscæ / iussit hetrusco habitu penetrare Ciminiam
siluam / intentatã ante militi nostro:Quod is adeo prudenter atq; in /
dustrie fecit:ut trangressus siluam umbros camertes cum animaduertis
set nõ alienos nõi Romano ad societatẽ cõpulit.Carthaginẽses/cũ aĩad
uertissent Alexãdri ita magnas opes/ut Africæ quoq; ĩmineret/unũ ex
ciuibus uirum acrem / nomine Hamilcharẽ Rhodunum iusserunt si /
mulato exilio ire ad regem:omniq; studio in amicitiam eius ꝑuenire :
qua is potitus consilia eius nota ciuibus suis faciebat . Idem Carthagi
nenses miserunt qui per speciem legatorũ longo tempore Romæ mo /
rarentur exciperentq; consilia Romanorum .Marcus Cato in Hispa /
niam quia ad hostiũ consilia alia uia non potuerat iussit trecentos mi /
lites simul impetũ facere in stationem hostium / raptũq; unum ex his ĩ
castra perferre inculumem:tortusq; ille omnia suorũ archana cõfessus
est . Caius Marius consul bello cymbrico et theotonico ad excutien
dam Gallorũ et ligurum fidem litteras eius misit . Quarum pars prior
præcipiebat ne interiores quæ signatæ erant ante tempus certum aperi
rentur/ easq; postea ante præstitutam diem repetiit:et quia reseratas re
pererat intellexit hostilia agitari. Est et alius modus explorandi/ quo
ipsi duces nullo extrinsecus adiutorio per se prouident:Sicut Aemilius
Paulus cõsul bello Hetrusco apud oppidum Coloniam dimissurus e/
xercitum in planitiem/contemplatus procul auium multitudinem cita
tiori uolatu e silua consurrexisse / intellexit aliquid illic insidiarum la
tere:quod conturbatæ aues et plures simul euolauerunt. præmissis igi
tur exploratoribus comperit decem milia boiorum excipiendo ibi
Romanorum agmina in itinere/ eaq; alio quam expectabatur latere
missis legionibus circumfudit. Similiter Thyamenus Horestis filius
cum audisset iugum ab hostibus natura munitũ teneri præmisit scisci
tatueros quid rei foret:ac referẽtibus eis nõ esse uerum quod opinaret̃/
ingressus iter ubi uidet ex suspecto iugo magnã uim auium simul euo
lasse/ nec omnino residere:arbitratus est illic latere agmen hostiũ: ita
q; circumducto exercitu elusit insidiatores. Hasdrubal frater Hanni
balis tũc Liuii et Neronis exercitum/ quanq̃ hoc illi non duplicatis ca
stris dissimularẽt/intellexit:quod ꝑab itinere strigosiores notabat equos
et coloratiora hominum ut ex uia corpora .

a Lexander Macedo cum haberet uehementem exercitum ſemp̱ eum ſtatum belli elegit ut acie confligeret.

De eodem.

Aeſar bello ciuili cum ueteranum exercitum haberet: hoſtium c autem tyronem eſſe ſciret acie ſemper decertare ſtuduit. Fabius Maximus aduerſus Hannibalem ſucceſſibus præliorum íſolentem / recedere ab ancipiti diſcrimine et tueri tantūmodo Italiam cōſtituit: cunctatoriſq; nomen: et per hoc ſummi ducis meruit. Byzantii aduerſus Philippum omni præliandi diſcrimine uitantes.omiſſa ēt finium tutela / intra munitiones oppidi ſe receperunt: aſſequutiq; ſūt ut Philippus obſidionalis moræ impatiens recederet. Haſdrubal Gyſconis filius ſecundo punico bello in Hiſpaniam uictum exercitū/cum Publius Scipio inſtaret p̱ urbes diuiſit.Itaq; factū eſt ut Scipionē op / pugnatione plurium oppidorū diſtringeret et in hyberna ſuos reduceret. Themiſtocles aduentante Xerxe / quia neq; prælio pedeſtri neq; finium tutelæ/ neq; obſidioni credebat ſufficere Athenienſes / auctor fuit eis liberos et coniuges Troezenen et in alias urbes emittendi:relictoq; oppido/ ſtatum belli ad nauale prælium trāſferendi. Idem fecit in eadem ciuitate Pericles / aduerſus Lacædemonios. Scipio manente in Italia Hannibale tranſmiſſo ī Africam exercitu neceſſitatem carthaginenſibus impoſuit reuocandi Hannibalem. Sicq; a domeſticis finibus hoſtile tranſtulit bellum. Athenienſes cum Deceliam caſtellum ipſorum Lacædemonii communiſſent et frequentius uexarentur / claſſem qua Peloponneſum infeſtarent miſerunt conſequutiq; ſunt / ut exercitus Lacædemoniorū qui deceliæ erat reuocaretur. Imperator Cæſar Domitianus Auguſtus / cum germani / more ſuo e ſaltibus et obſcuris latebris ſubinde impugnarent noſtros / tutumq; regreſſum in profūda ſiluarum haberet: militibus p̱.c.xx.milia paſſuum actis nō mutauit tantum ſtatum belli:ſed et ſubdidit ditioni ſuæ hoſtes quorum refugia nudauerat.

De tranſducendo exercitu per loca hoſti infeſta. Ca.iiii.

a Emilius Paulus cōſul cū ī lucanos iuxta littus āguſto itinere exercitū duceret/et Tarētini ei claſſe īſidiati agmē eius ſcorpióib9 aggreſſi eēnt captiuis latera eūtiū ṗtexuit: quorū reſpcū hoſtes ihibuere tela.

Agesilaus Lacædemonius cum præda honustus ex Phrigia re/
diret insequerenturq; hostes | et ad locorum oportunitatem lacesseret
agmen eius:ordinē captiuorū ab utroq; latere exercitus sui applicuit/
quibus dum parcitur ab hoste spatium transeundi habuerunt Lacæde
monii. Idem tenentibus angustias thebanis / per quas trāsire habebat/
flexit iter quasi thebas contenderet/exterritis thebanis digressisq; ad tu
tanda mœnia/ repetitum iter quo destinauerat emensus est / nullo obsi
stente. Nichostratus dux etholorum/aduersus epirotas cum ei aditus
in fines eorum angusti fierent / per alterum locum irrupturum se ostē/
dens omni illa ad prohibendū occurrente epirotarum multitudine reli
quit suos paucos:qui speciem remanentis exercitus præberēt:et ip̄e cū
cætera manu / qua non expectabatur aditū intrauit. Authophrates
perses cum in pissidiam exercitū duceret/et angustias quasdam pissidæ
occuparent/ simulata uexatione traiiciendi instituit reducere: quod cū
pissidæ credidissent | ille nocte ualidissimam manū ad eundem locum
occupandum præmisit / ac postero die totum traiecit exercitum. Phi
lippus macedonum rex | Græciam petens cum thermopylas occupatas
audiret \ et ad eum legati etholorū uenissent acturi de pace retentis eis
ipse magnis itineribus ad angustias pertendit:securisq; custodibus et le
gatorum reditus expectantibus inopinatus thermopylas traiecit. Iphy
crates dux Atheniensium aduersus Anaxibium Lacædemoniorū in hel
lesponto circa abidon cum transducendum exercitū haberet per loca
quæ stationibus tenebantur / alterū autē latus eius transitus/abscisi mō
tes præmerent/ alterum mare ablueret/aliquādiu moratus:cum incidis
set frigidior solito dies | et ob hoc nemini suspectus delegit firmissimos
quosq;:quibus oleo ac mero calefactis præcepit ut ipsam horam maris
legerent/ abruptiora tranarent:atq; ita custodes angustiarum inopina
tus oppressit a tergo. Gneus Pompeius | cum flumen transire prop /
ter exercitum hostium oppositum non posset assidue producere et re /
ducere in castra instituit. deinde in eadem persuasione hoste perduc /
to / ne ullam uiam ad progressum Romanorum tenerent / repente im
petu facto transitum rapuit. Alexander Macedo prohibente rege In
dorum porro traici exercitum per flumen hydaspem aduersus aquam
assidue præcurrere iussit suos.et ubi eo more exercitationis assequutus
est. quia porro aduersa ripa caueret per superiorem partem subito trās
misit exercitum. Idemq; Indi fluminis transiectu prohibebatur ab ho
ste diuersis locis equites in flumine instituit immittere et transitum

minari: Cumq; expectatione barbaros teneret intentos insulam paulo remotiorem primum exiguo / deinde maiore præsidio occupauit: atq; inde in ulteriorem ripam transmisit: ad quã manum opprimendã cum uniuersi se hostes effudissent ipse libero uado transgressus omnes copias coniunxit. Xenophon ulteriorem ripam Armeniis tenentibus/ duos iussit queri aditus / et cum a citeriore repulsus esset transiit ad superiorem: inde quoq; prohibitus hostium occursu repetiit uadũ iferius: iussaq; ibidem militũ parte subsistere/ ex qua cum Armenii ad inferioris uadi tutelam rediissent per superius trãsgrederetur/ Armenii credẽtes decursuros omnes/ decepti sunt a remanentibus. Ii cum nullo resistente uadum superassent transeuntium suorum fuerunt propugnatores. .P. Claudius consul primo bello punico / cum a rhegio Messanam traiicere militem nequiret/ custodientibus fretum penis: sparsit rumorem quasi bellum iniussu populi inceptum gerere non posset: classem in Italiam uersus se agere simulauit. digressis deinde penis / qui profectioni eius habuerant fidem/ circumactas naues appulit Siciliæ. Lacedemoniorum duces cum syracusas nauigare destinassent / et penorum dispositam penitus classem timerẽt / decem punicas naues quas captiuas habebant ueluti uictrices primas iusserunt agi / a latere iunctis aut puppe religatis aliis: qua specie deceptis penis transierunt.

Philippus cum angustias maris quæ Cyaneæ appellantur transnauigare propter Atheniensium classem quæ oportunitatem loci custodiebat non posset: scripsit Antipatro/ Thraciam rebellare præsidiis quæ ibi reliquerat interceptis: ut sequeretur omissis omnibus quæ epistolæ / ut interciperentur ab hoste curauit. Athenienses archana macedonum excepisse uisi: classem abduxerunt/ Philippus nullo prohibente angustias freti liberauit. Idemq; quia Cherronesum quæ Atheniensium erat occupare prohiberetur tenentibus transitum non Byzantiorum tantum sed Rhodiorum quoq; et Chiorum nauibus/ conciliauit animos eorum reddendo naues quas ceperat/ quasi sequestres futuros ordinãdæ pacis iter se/ atq; Bizãtios qui causa belli erãt: tractaq; p magnũ tẽpus postulatione cum magna industria subĩde aliqd in cõditõibus retexeret: classem per id tẽpus præparauit: eaq; in ãgustias freti imparato hoste subito euasit. Chabrias Atheniẽsis cũ adire portũ Samiorũ obstãte nauali hostiũ præsidio nõ posset paucas de suis nauibus præter portũ missas iussit trãsire arbitratus q in statiõe erãt psecuturos. his q; p hoc cõsiliũ euocatis: nullo obstãte portũ cũ reliq adeptus ẽ classe.

De euadendo ex locis difficillimis. C.v.

q Vintus Sertorius in Hispania/cum a tergo instāte hoste flumē traiicere haberet/uallū in ripa eius ī modum cauæ lunæ duxit. et oneratū materiis īcēdit atq; ita exclusis hostibus/fluuiū libere transgressus est. Similiter Pelopidas Thebanus bello Thessalico transitum quæsiuit. nāq; castris ampliorem locum supra ripam cōplexus/ uallū ceruolis et alio materiæ genere cōstructum incēdit: Dumq; ignibus summouerentur hostes/ ipse fluuium superauit. Quintus Luctatius Catulus/ cum a Cymbris pulsus/unam spem salutis haberet, si flumen liberasset/ cuius ripam hostes tenebant in proximo monte copias ostendit, tanq̄ castra positurus: ac præcepit suis ne sarcinas soluerent/ aut onera deponerent: ne quis ab ordinibus aut signis discederet: et quo magis persuasionem hostium confirmaret, pauca tabernacula in conspectu erigi iussit ignesq; fieri, et quosdam uallum struere: quosdam in lignationem ut conspicerentur exire. Quod Cymbri uere agi existimantes et ipsi castris delegerūt locum: dispersiq; in proximos agros/ ad comparanda ea quæ necessaria sunt mansuris/ occasionem dederunt Catulo non solum flumen traiiciendi/ sed etiam castra eorum infestandi. Cresus/ cum halim uado transire non posset nec nauium/ aut pōtis faciēdi copiam haberet/fossam superiori parte post castra deductā alueū fluminis a tergo exercitus sui reddidit. Gneus Pompeius Brundusii cum excedere Italia et trāsferre bellum proposuisset instante a tergo Cæsare conscensurus classem quasdam obstruxit uias:alias parietibus intersepsit:alias intercidit fossis:easq; sudibus erectis præclausas operuit cratibus humo aggesta/ quosdam aditus qui ad portum ferebant trabibus transmissis/ et in densum ordinem structis ingenti mole tutatus. Quibus perpetratis/ ad speciem retinendæ urbis raros pro menibus sagittarios reliquit: cæteras copias sine tumultu ad naues reduxit:nauigantem eum mox sagittarii quanq̄ per itinera nota digressi paruis nauigiis cōsecuti sūt. Gn. duillius cōsul in portu syracusano quē temere intrauerat obiecta ad ingressū catena clausus/ uniuersos in puppē retulit milites/ atq; ita resupina nauigia magna remigantiū ui cōcitauit.leuatæ proræ super catenā processerūt.qua parte superata trāsgressi cursu milites in proras cesserūt in quas uersū pōdus decursū super catenā dedit nauibus.Lysāder lacedemonius cū in portu atheniēsiū cū tota classe obsideret̄ obruptus hostiū nauibꝰ ab ea parte q̄

faucibus angustissimis influit mare: milites suos clam in littus egredi iussit et subiectis rotis ad proximū naues portum munychiæ traiecit. Herculeius legatus sertorii cum in hispania inter duos mōtes abruptos lōgum et angustum iter ingressus paucas duceret cohortes comperissetq; ingentem manum hostium aduenire fossam transuersam inter montes pressit: uallumq; materia extructum incendit. atq; ita interclu so hoste euasit. Caius Cæsar bello ciuili cum aduersus Afranium copias educeret et recipiendi se sine periculo facultatem non haberet sicut constiterat prima et secunda acie furtim a tergo ad opus applicata. xv. pedum fossam fecit: intra quam sub occasu solis armati se milites receperunt. Pericles Atheniensis a peloponensibus in eum locum compulsus qui undiq; abruptis cinctus / duos tātum exitus habebat / ab altera parte fossam ingētis latitudinis duxit uelut hostis excludendi causa / ab altera militem agere cepit tanq̄ per eum erupturus. Ii qui obsidebant cum per fossam quā ipse fecerat exercitū Periclis non crederent euasurum / uniuersi a limite obstiterunt: Pericles pontibus quos præparauerat fossæ iniectis suos qua nō resistebat emisit. Lysimachus ex his unus in quos opes Alexandri trāsierunt: cum editum collem castris destinasset imprudentia tamen suorum in inferiorē deductus / ueretur ex superiore hostium incursum / triplices fossas intra uallū obiecit. deinde sublimibus fossis circa omnia tētoria ductis tota castra cōfudit / et intersepto hostium aditu simul humo et frondibus quas fossis superiecerat facto impetu in superiora euasit. Gn. Fonteius Crassus in Hispania cum tribus milibus hominum prædatum profectus ad Hastrubalem et ad primos tantum ordines relato consilio incipiente nocte / quo tēpore minime expectabatur per hostium stationes prorupit.

Lucius Furius exercitu producto in locum iniquum cū constituisset occultare solicitudinē suā ne reliqui trepidarent paulatim īflexit iter: tanq̄ circuitu maiore hostem aggressurus: conuersoq; agmine ignarū rei quæ agebatur exercitum incolumē reduxit. Publius Decius tribunus bello Samnitico / Cornelio cosso consule iniquis locis deprehenso ab hostibus / suasit ut occupatum collem qui erat in propinquo modicam manum mitteret / seq; ducem iis qui mittebantur obtulit Auocatus in diuersum hostis dimisit cōsulem: Decium autē cinxit obseditq; illas quacunq; angustias. noctu irruptione facta / cum frustratus esset Decius incolumis cū militibus consuli accessit. Idem fecit sub Attilio calatino consule is: cuius uarie traditur nomen. alii Laberiū nonnulli

Quintum plurimi Calpurnium flāmam uocitatum scripserūt. Hic cū dimissum exercitum in eam uallem uideret/ cuius latera omnia superi ora hostis insederat/ depoposcit et accepit trecētos milites: quos adhor tatus ut uirtute sua exercitum seruarent in mediam uallem decurrit: et ad opprimēdos eos undiq; descendit hostis longoq; et aspero prælio pe tendos occasionem consuli ad extrahendum exercitum dedit. Lucius Minutius consul in Liguria dimisso exercitu in angustias / cum iā om nibus aduersaretur Caudinæ cladis exemplo numidas auxiliares tā ꝑp / ter ipsorum q̄ propter equorum deformitatem despiciendos iussit ade quitare faucibus quæ tenebantur. Primo intenti hostes ne lacesserētur stationem obiecerunt: de industria Numidæ ad augendum sui contēp tum labi equis et per ludibrium spectaculo esse affectauerunt: ad noui tatem rei laxatis ordinibus barbari in spectaculum usq; resoluti sunt. Quod dum animaduerterunt numidæ paulatim succedētes additis cal caribus per intermissas hostium stationes eruperunt: quorum demum cum proximos irruerent agros necesse liguribus fuit auocari ad defen denda sua/ īclusosq; romanos emittere. Lucius sylla bello sociali apud Esserniam inter angustias deprehensus ad exercitum hostium cui Dui lius præerat / colloquio petito de conditionibus pacis agitabat sine effe ctu. hostem tamen propter indutias negligentia resolutum aduertens nocte profectus relicto buccinatore qui uigilias ad fidem remanentiū diuideret / et quarta uigilia commissa eum sequeretur / incolumes su/ os cum omnibus impedimentis tormētisq; in tuta perduxit. Idem ad uersus Archelaum præfectum Mythrydatis in capadocia iniquitate lo/ corū/ et multitudine hostium pressus / fecit pacis mentionem interpo sitoq; tempore etiam indutiarum / et per hæc auocata intētione aduer sarium euasit. Hasdrubal frater Hannibalis cum saltum euadere non posset faucibus eius obsessis egit cum. Cl. Nerone recepitq; dimissū se Hispania excessurum. cauillatus deinde conditionibus dies aliquos extraxit: quibus omnibus immisit per āgustos tramites et ob id neglec tos dimittere per partes exercitum: ipse deinde cum reliquis expeditis facile effugit. Spartacus fossam qua erat a Marco Crasso circundatus/ cesis captiuorum/ pecorum quoq; corporibus noctu repleuit et super gressus est. Idem cū in Vesbio obsessus ea parte qua mons asperrimus erat/ ideoq; incustoditus ex uimine siluestri cathenas cōseruit: quibus demissus / nō solum euasit: uerū etiam ex alio latere gladio ita terruit ut aliquot cohortes/ gladiatoribus quatuor et septuaginta cesserint.

BB. i.

Idem cum a Lucio Varino proconſule præcluſus eſſet / palis per modi
ca interualla fixis ante portam / erecta cadauera adornata ueſte atq;
armis alligauit ut procul intuentibus ſtationis ſpecies eſſet / ignibus ꝑ
tota caſtra factis imagine uaria deluſo hoſte copias ſilentio noctis edu
xit. Braſidas dux Lacædemoniorum / circa amphypolim ab Athenien
ſium multitudine numero impar deprehenſus claudēdum ſe preſtitit.
ut per longum coronæ ambitum extenuaret hoſtilem frequētiā quaq;
rariſſimi obſtabant erupit. Hyphicrates in Tracia cum depreſſo loco
caſtra poſuiſſet / exploraſſet autem ab hoſte proximum teneri collem /
ex quo unus ad opprimendos ipſos deſcēſus erat: nocte paucis intra ca
ſtra relictis imperauit ut multos ignes facerent: eductoq; exercitu et di
ſpoſito circa latera prædicta uiæ paſſus eſt tranſire barbaros locorūq;
iniquitate in qua ipſe fuerat i illos conuerſa parte exercitus terga eorū
cecidit / parte caſtra fecit. Darius ut falleret Scythas diſceſſu / canes at
q; aſinos in caſtris reliquit / quos cum latrantes rudentesq; hoſtis audi
ret / remanere Darium credidit. Eundem errorem obiecturi noſtris li /
gures per diuerſa loca bubalos laqueis ad arbores alligauerunt: qui de
ducti frequentiore mugitu ſpeciem remanentium præbebant hoſtium.
Hanno ab hoſtibus clauſus locum eruptioni maxime aptū aggeſtis
leuibus materiis incendit / tum hoſte ad certos exitus cuſtodiēdos auo
cato milites per ipſam flammā eduxit admonitos ora ſcutis crura ueſte
contegere. Hannibal ut iniquitatem locorū et inopiam inſtante Fa /
bio Maximo effugeret noctu boues: quibus cornua faſciculis alligaue
rat ſarmentorū: ſubiecto igne dimiſit. cumq; ipſo motu adoleſcēte flā
ma turbaretur pecus / magna diſcurſatione montes in quos actum erat
colluſtrant. Romani qui ad ſpeculandū concurrerant primo prodigiū
opinati ſunt. Deinde cū cuncta Fabio renūtiaſſent ille de inſidiarū me
tu ſuos caſtris continuit: barbari obſiſtente nullo profecti ſunt.

De inſidiis in itinere factis. C. vi.

f Vluius nobilior / cum ex ſamnio in lucanos exercitum edu /
ceret et cognouiſſet a perfugis / hoſtes nouiſſimum agmen
eius aggreſſuros fortiſſimam legionem primo ire / ultimo ſe
qui iuſſit impedimenta. ita facto cum pro occaſione amplexi hoſtes di
ripere ſarcinas ceperunt: Fuluius legionem de qua ſupradictū ē / qnq;
cohortes in dextram uiæ partem direxit: quinq; ad ſiniſtrā atq; ita præ /
dationi intētos hoſtes explicato ꝑ utraq; latera milite clauſit ceciditq;.

Idem hoſtibus tergum eius in itinere præmentibus dum flumine in teruenientе non ita magno ut tranſitum prohiberet / moraretur tamē rapiditate:alteram legionē ĩ occulto citra flumen collocauit ut hoſtes paucitate contēpta audacius ſequerētur . quod ubi factū eſt legio quæ ob hoc diſpoſita erat de inſidiis hoſtem aggreſſa uaſtauit . Hyphycra tes in Traciam / cum propter conditionē locorū lōgum agmen deduce ret et nuntiatum eſſet ei hoſtes ſummū id aggeſſuros cohortes ĩ utraq; latera ſecedere et conſiſtere iuſſit:cæteros ſuffugere et iter maturare : trāſeunte autem toto agmine lectiſſimos quoſq; retinuit:et ita paſſim circa prædam occupatos hoſtes iam etiam fatigatos ipſe requietis et or dinatis ſuis aggreſſus fudit exuitq; præda . Boii in ſilua litana qua trā ſiturus erat noſter exercitus ſucciderant arbores:ita ut ex parte exigua ſubſtentatæ ſtarent / donec impellerentur delituerunt . deinde ad extre mas ipſi ubi ingreſſo ſiluam hoſte proximas ulteriores impulerunt eo modo ĩ ꝓpagata pariter ſupra romanos ruina magnā manū eliſerunt .

Quemadmodum ea quibus deficimus uideantur non deeſſe ut uſus earum expleatur . Cap . vii .

Vcius Cecilius metellus / quia uſus nauium quibus elephan
1 tes tranſportaret deficiebat / uinxit dolia cōſtrauitq; tabula/ mentis : ac ſuper ea poſitos per ſiculum fretum tranſmiſit . Hannibal cum ad præalti fluminis tranſitum elephātes non poſſet pellere neq; nauium ac materiarum quibus rates continerentur copiā haberet . Iuſſit ferociſſimū elephantum ſub aure uulnerari et eum qui uulneraſſet traſnato ſtatī flumine ꝑcurrere / elephātus exaſperatus ad ꝑ ſequendū doloris ſui autorem tranſnauit amnem:et reliquis idem au/ dendi dedit exemplū . Carthaginēſiū duces inſtructuri claſſem / quia ſparto deficiebant / crinibus tonſarum mulierū ad funes efficiendos uſi ſunt . Idem Maſſilienſes et Rhodii fecerunt . Marcus Antonius a mu tina profugus cortices pro ſcutis militibus ſuis dedit . Spartaco copiiſ q; eius ſcuta ex uimine fuerunt : quæ coriis tegebantur . Non alienus ut arbitror hic locus eſt referendi factum Alexādri macedonis illud no bile / qui ꝑ deſerta Africæ itinera grauiſſima ſiti cum exercitu affectus . oblatam ſibi a milite in galea aquam ſpectantibus uniuerſis effudit . uti lior exemplo temperantiæ q̃ ſi communicare uoluiſſet .

De diſtinguendis hoſtibus . C . viii .

Oriolanus cum ignominiam damnationis suæ bello ulcíscere/
c tur populationē patritiorum agrorū inhibuit deustis uastatisq;
plebeiorum: ut discordiam moueret: qua consensus Romano/
rum distingueret. Hannibal Fabium cui neq; uirtute neq; arte bellā
di par erat/ ut infamia distringeret agris eius abstinuit ceteros popula/
tus: contra ille ne suspecta ciuibus fides esset/ magnitudine animi effe
cit/ publicatis possessionibus suis. Fabius Max. quinto consul/ cum
Gallorū/ Vmbrorū/ Hetruscorū/ Sānitium aduersus populū Roma
num exercitus coiissent/ cōtra quos et ipse trans apeninum munire ca
stra cōniuebat: scripsit Fuluio et Postumio qui in præsidio urbi erant/
ut copias ad Sānium mouerēt: quibus assecutis ad sua defendenda He
trusci Vmbriq; descenderunt relictos Sānites Gallosq; Fabius et colle/
ga decius aggressi uicerunt. Marcus curius aduersus Sabinos qui ígē
ti exercitu conscripto relictis finibus suis nostros occupauerāt occultis
itineribus manū misit/ quæ desolatos agros eorum uicosq; per diuersa
incendit. Sabini ad arcendam domesticam uastitatem recesserunt. Cu
rio cōtigit et uacuos prestare hostiū fines et exercitum sine prælio auer
tere sparsumq; cedere. T. Didius paucitate suorum diffidens cum in
aduentum earum legionū quas expectabat trahere bellum et occurrere
eis hostem cōperisset/ concione aduocata aptari iussit milites ad pu/
gnam ac de industria negligentius custodiri captiuos/ ex quibus pauci
qui perfugerunt nuntiauerunt suis pugnā imminere. At illi ne suspi
tione ꝑlii deducerēt uires omisserūt occurrere eis quibus insidiabant̃.
legiones tutissime nullo excipiente ad Didium peruenerūt. Bello pu
nico quædā ciuitates quæ a Romanis deficere ad Pœnos destinauerāt/
cum obsides dedissent/ quos recipere anteq̃ deficerent studebant: si/
mulauerunt seditionem inter finitimos ortam quam romanorum lega
ti dirimere deberent: missosq; eos uelut contraria pignora retinuerunt
nec ante reddiderunt q̃ ipsi recuperarent suos. Legati Romanorum
cum misissent ad Antiochum regem q secum Hannibalem uictis iam
Carthaginen. habebat cōsiliumq; eius aduersus Ro. instruebat: crebris
cum Hannibale colloquiis effecerunt ut is regi fieret suspectus: cui gra
tissimus alioquin erat et utilis propter caliditatem et peritiam bellādi.

Quintus metellus/ aduersus Iugurtam bellū gerens missos ad se le
gatos eius corrupit ut sibi regē proderēt/ cum ēt alii uenissent idē fecit.
eodē cōsilio usus est et aduersus thracios. Sed de captiuitate Iugurtæ
res parū ꝓcessit. uirū. n. tradi sibi uolebat: plurimū tamē cōsecutus est:

Nam cū interceptæ fuiſſent epiſtolæ eius ad regios amicos ſcriptæ ĩ om
nes eos rex aĩaduertit ſpoliatuſq; cōſiliariis amicos poſtea parare nō po
tuit. Cæſar ꝑ exceptū quēdā aquatorē / cū comperiſſet Afraniū Pe/
treiūq; caſtra noctu moturos / ut citra uexationē ſuorū hoſtilia impedi
ret conſilia in initio ſtatim noctis uaſa conclamare milites et præter ad
uerſariorum caſtra agi mulos cum fremitu/ et ſonū iuſſit continuare:
quos retētos uolebat arbitrari caſtra Cæſarem mouere. Scipio africa
nus ad excipienda auxilia cum cōmeatibus: Hannibali uetitum termi/
num dimiſit ipſe ſubuenturus. Dyoniſius Syracuſanorum tyrannus
cum afri ingenti multitudine tranſituri eſſent in Siciliam ad eū oppu/
gnandum caſtella pluribus locis muniuit /cuſtodibuſq; p̄cepit: ut eadē
aduenienti hoſti dederent. dimiſſiq; ſyracuſas occulte redirent/ afris ne
ceſſe capta caſtella p̄ſidio ibi tenerēt quos dyoniſius redactos ad quam
uoluerat / paucitatē pene par numero aggreſſus uicit: cum ſuos contra
xiſſet et aduerſarios ſparſiſſet. Ageſilaus Lacedemonius cū inferret
bellum Tyſapherne Cariā ſe petere ſimulauit: quaſi aptius locis mon/
toſis aduerſus hoſtē equitatu præualentē pugnaturus. ꝑ hāc cōſilii oſtē
ſionem / aduocato in cariam Tyſapherne ipſe lidiam ubi caput hoſtiū
regni erat irrupit. oppreſſiſq; qui illic agebant pecunia regia potitus ē.

De ſeditione militum compeſcenda. Ca. viiii.

Vlus Manlius conſul cum cōperiſſet q̄ coniuraſſent milites
a in hybernis cāpaniæ: ut iugulatis hoſpitibus ipſi res eorū in/
uaderent / rumorem ſparſit / eodē loco hybernaturos. atq; ita
coniuratorū conſilio campaniā periculo liberauit et ex occaſione no/
centes puniuit. Lucius ſcylla cū legiones ciuiū Romanorū pernitio
ſa ſeditione furerent / cōſilio reſtituit ſanitatē efferatis. Prope. n. anunti
ari iuſſit hoſtē adeſſe: et ad arma uocantiū clamorē tolli ſigna canere:
diſcuſſa ſeditio eſt uniuerſis aduerſus hoſtē conſentientibus. Gneus
Pompeius trucidato ab exercitu Mediolani ſenatu ne tumultū moue
ret ſi ſolos euocaſſet nocentes mixtos eis qui extra delictū erant/ ueni
re iuſſit: ita et noxii minore animi metu quia non ſegregati: Ideoq;
non ex cauſa culpæ uidebantur accerſiti cōparuerunt: et illi quibus in
tegra erat cōſcientia cuſtodiendis quoq; nocentibus accederūt / ne illo
rū fuga inquinarent̄. Cæſar cum quædā legiones eius ſeditionē mo/
uiſſent adeo ut in pernitiē quoq; ducis uiderent̄ conſurecturæ diſſimu/
lato metu ꝓceſſit ad milites: poſtulātibuſq; miſſionē ultro minaci uul/
tu dedit: exauctoratos penitentia coegit ſatiſfacere imperatori / obſe

quentioresq; in reliquum operas edere.

Queadmodū intempestiua postulatio pugnæ inhibeatur. Ca.x.

Sertorius ae equo

q Vintus sertorius quod experimento didicerat imparem se uniuerso Romanorū exercitui / ut barbaros quoq; inconsulte pugnam exposcentes doceret / adductis in conspectu duobus equis altero p̄ualido / altero admodum exili / duos admouit iuuenes / similiter affectos / robustum et gratilē / ac robustiori imperauit / equo exili uniuersam caudā abrumpere. Gracili autē ualentiorem per singula uellere / cumq; gracilis fecisset quod imperatū erat / ualidissimus cum in infirmi equi cauda sine effectu luctaretur. Iam inquit Sertorius Romanarū cohortium per hoc uobis exemplū ostendi milites insupabiles sunt / uniuersas aggredientibus: easdem lacerabit et carpet qui per partes attentabit. Idem cum uideret suos pugnæ signum inconsulte flagitantes crederetq; rupturos imperiū nisi congrederentur. permisit turmæ equitū ad lacessendos hostes ire: laborantiq; submisit alias. et sic recepit omnes: tutisq; utrisq; et sine noxa ostendit quis exitus flagitatā pugnā mansisset: obsequētissimis ide eis usus est. Agesilaus lacedemonius / cum aduersus thebanos castra super ripā posuisset multoq; maiorem hostiū manum esse intelligeret et ideo suos arcere a cupiditate decernendi uellet: dixit responso deum / se ex collibus pugnare iussum. et ita exiguo præsidio ad ripam posito accessit in colles. Quod thebani pro metu interpretati / transierunt flumen et cum facile depulissent præsidiū cæteros insecuti auidius iniquitate locorū a paucioribus uicti sunt. Scorio dux dacorum / cum sciret dissociatum armis ciuilibus Populum Ro. neq; tamen tentandū arbitraretur: quia externo bello posset concordia in ciues coalescere: duos canes in conspectu popularium cōmisit: hisq; acerrime inter ipsos pugnantibus lupum ostendit / quem protinus canes omissa inter se ira agressi sunt. Quo exemplo prohibuit barbaros ab impetu Romanis profuturo.

Agesilaus in [illegible]

Scoric

Quemadmodū exercitus sit incitandus ad prælium. Ca.xi.

Fabius et Manilius cos.

f Abius et Caius manilius consules aduersum etruscos ꝓpter seditionē detractante præliū exercitu / ultro simularunt cunctationem: donec milites ꝓbris hostiū cohacti / pugnā deposcerent: iurarentq; se ex ea uictores redituros. Fuluius nobilior cum aduersus sannitiū numerosum exercitū et successibus tumidū p̄uis copiis necesse haberet decertare / simulauit unā legionē hostiū a se corruptā ad proditionē. imperauitq; ad eius rei fidem tribunis / et primis

Fuluius in [illegible]

ordinibus/ et cẽturionibus q̃tũ quiſq; pecuniæ aut auri argentiq; habe ret conferret / ut repreſentari merces ꝓditoribus poſſet:ſe aũt iis qui at tuliſſent pollicitus eſt cõſumata uictoria ampla inſuꝑ premia daturũ / quæ ſua perſuaſio Romanis alacritatẽ attulit et fiduciã:inde etiã ꝑcla/ ra uictoria cõmiſſo ſtatim bello peracta eſt. Cæſar aduerſus germa/ nos et Ariouiſtũ pugnaturus / confuſis ſuorum animis ꝓ contione di/ xit nullius ſe eo die opera niſi decimæ legionis uſurũ. Quo conſecutus eſt ut decimã tanq̃ præcipuæ fortitudinis teſtimonio cogeret et cæte/ ros puderet / ne penes alios gloria uirtutis eſſet. .Q. Fabius / q egre gie ſciebat et Romanos eius eſſe libertatis quæ cõtumelia exaſperarẽt/ et a penis nihil iuſtum aut moderatũ expectabat / miſit legatos cartha ginẽ de conditionibus pacis.quas cum illi iniquitatis inſolentiæ plenas retuliſſent:exercitus Romanorũ ad pugnandũ concitatus eſt. Ageſi laus lacedemoniorũ dux cum ꝓpe ab Orcomeno ſocia ciuitate caſtra haberet:cõperiſſetq; pleroſq; ex militibus ꝑcioſiſſima rerũ deponere in tra munimenta/præcepit oppidanis ne quid ad exercitũ ſuum ꝑtinens reciperetur:quo ardentius dimicaret miles qui ſciret ſibi ꝓ omnibus ſu is pugnandũ. Epaminundas dux thebanorũ aduerſus lacedemonios dimicaturus / ut non ſolum uiribus milites ſui:uerũ etiã affectibus ad/ iuuarentur:ꝓnuntiauit in cõtione deſtinatũ Lacedemoniis ſi uictoria potirentᷣ / omnes uirilis ſexus interficere / uxoribus aũt eorum et libe/ ris in ſeruitutẽ adductis thebas diruere. Qua concione cõcitati primo impetu thebani lacedemonios expugnauerunt. Eutidas dux Lacede moniorũ pugnaturus eodẽ die:qua claſſe uicerant ſocii / q̃uis ignarus actæ rei/uulgauit nuntiatũ ſibi uictoriã partiũ / quo cõſtantiores ad pu gnã milites haberet. Aulus poſtumius ꝑlio quo cum latinis cõflixit oblata ſpecie duorũ in equis iuuenũ animos ſuorũ erexit pollucem ad eſſe dicens:ac ſic præliũ reſtituit. Archidamus Lacedemonius aduer ſus archadas bellũ gerens:arma in caſtris ſtatuit /et circa ea duci equos noctu impauit clam: Quorũ ueſtigia mane tanq̃ caſtor et pollux pere quitaſſent oſtendens adfuturos eoſdẽ ipſis ꝑliantibus ꝑſuaſit. Peri/ cles dux Athenienſiũ / initurus præliũ / cum animaduertiſſet lucum ex quo utraq; acies cõſpici poterat dẽſiſſimæ opacitatis uaſtũ/alioqn et di ti patri ſacrum : ingentis illic ſtaturæ hominem altiſſimis coturnis et ueſte purpurea coma uenerabilem in curru candidorum equorum ſu/ blimem conſtituit : qui dato ſigno pugnæ proueheretur: et uoce Peri clem appellans cohortaretur eum diceretq; deos Atheniẽſium adeſſe :

quo pene primo coniectu teli hoſtes terga dederũt. Lucius ſcylla quo
paratiorẽ militem ad pugnãdũ haberet prædici ſibi a diis futura ſimu/
lauit. Poſtremo ẽt in conſpectu exercitus prius q̃ in aciem deſcenderet
ſignum modicæ amplitudinis quod delphis ſuſtulerat orabat: petebat
qꝫ ut ꝓmiſſam uictoriã maturaret. Caius marius quandã magam ex
ſcythia habuit a qua ſe dimicationũ euẽtus ꝑdiſcere ſimulabat. .Q.
Sertorius cum barbaro et rationis indocili milite uteret̃ ceruam candidã
inſignis formæ per luſitaniam ducebat et ab ea quæ agenda aut uitan/
da eſſent ꝑnoſcere ſe aſſeuerabat: ut barbari ad omnia tanq̃ diuini/
tus imperata obedirẽt. Hoc genere ſtrategematicon non tantũ ea par
te utendũ eſt/ qua imperitos exiſtimabimus eſſe/ apud quos his utere
mur. ſed multo magis ea quæ talia erunt excogitabuntur ut ab his mõ/
ſtrata credant̃. Alexãder macedo ſacrificaturus inſcripſit medicamẽ
to aruſpicis manum: quã ille extis erat ſupoſiturus: litteræ ſignificabant
uictoriã Alexandro dari: quas cum iecur calidũ rapuiſſent et a rege mi
liti eſſet oſtenſum auxit animũ tanq̃ deo ſpondente uictoriam. Idẽ
fecit Indas aruſpex preliũ Eumene cum gallis cõmiſſuro. Epaminun
das thebanus aduerſus Lacedemonios fiduciam ſuorũ religione adiu/
uandã ratus arma quæ ornamentis affixa in templis erant nocte ſubtra
xit perſuaſitqꝫ militibus deos iter ſuũ ſequi: ut ꝓliãtibus ipſis adeſſent.

Ageſilaus lacedemonius cum quoſdam perſarũ cepiſſet/ quorũ habi
tus multũ terroris præfert quotiens ueſte tegitur/ nudatos militibus ſu
is/ ut alba corpora et umbratica contemnerẽt oſtendit. Gelo ſyracu
ſanorũ tyrannus bello aduerſus penos ſuſcepto/ cum multos cepiſſet/
infirmiſſimũ quẽqꝫ præcipue ex auxiliatoribus qui nigerrimi erãt/ nu
datum in conſpectu ſuorum ꝓduxit ut perſuaderet contemnendos.

Cyrus rex perſarũ ut concitaret animos popularium tota die in exci/
denda quadam ſilua eos fatigauit. deinde poſt triduum preſtitit eis li/
beraliſſimas epulas: et interrogauit utro magis gauderẽt. Cumqꝫ ei p̃
ſentia ꝓbaſſent/ atqꝫ per hoc inquit ad illa perueniendũ eſt. Nam li/
beri beatiqꝫ eſſe niſi medos uiceritis non poteſtis: atqꝫ ita eos ad cupidi
tatem prælii concitauit. Lucius ſcylla quia aduerſus Archelaum præ/
fectum mithrydatis apud pyrea pigrioribus ad prælium militibus ute/
batur/ opere eos fatigando compulit ad poſcendum ultro pugnæ ſi/
gnum. Fabius maximus ueritus ne qua fiducia nauium ad quas re/
fugium erat minus conſtanter pugnaret exercitus/ incendi eas priuſq̃
iniret prælium iuſſit.

De dissoluendo metu quo milites ex aduersis omnibus conciderunt. Cap.xii.

Cipio ex Italia in Africam transportando exercitũ cum egre s diens nauem prolapsus esset et ob hoc attonitos milites cerne ret / id quod trepidationẽ afferebat constantia et magnitudi ne animi in hortationem conuertit/ et ludite inquit milites Africã op pressi. Cæsar cum forte conscendens nauem lapsus esset: teneo te ter ra mater inquit. qua interpretatione effecit ut repetiturus illas quibus proficiscebatur terras uideretur. .T. Sẽpronius gracchus consul acie aduersus Picentes directa cum subitus terremotus utrasq; partes confu disset / exhortatione confirmauit suos et impulit ut consternatum sup stitione hostem inuaderet adhortatusq; uicit. Sertorius/cum equitũ scuta extrinsecus equorumq; pectora cruenta subito prodigio apparu/ issent uictoriã portendi interpretatus est: quoniã illæ partes hostili sole rent cruore respergi. Epaminundas Thebanus / contristatis militi/ bus q ex hasta eius ornamentũ infulæ more dependens / uentus ablatũ in sepulchrum Lacedemonii cuiusdã depulerat: Nolite inquit milites trepidare Lacedemoniis significatur interritus: sepulturæ enim funeri/ bus ornantur. Idem cum fax de celo nocte delapsa / eos qui aduerte/ runt terruisset lumen inquit hoc numina ostendunt. Idem instante ad uersus Lacedemonios pugna/ cum sedile ĩ quo resederat succubuisset/ et id uulgo pro tristi exciperetur significatione confusi milites interpre tarentur Immo inquit uetamur sedere. Lucius Sulpitius gallus /defe ctum lunæ imminentẽ / ne pro ostento exciperẽt milites / prædixit futu rum additis rationibus causisq; defectiõis. Agathocles Syracusanus / aduersus Pœnos simili eiusdẽ sideris diminutione qua sub die pugnæ/ ut ꝓdigio milites sui cõsternati erant/ ratione qua id acciderat exposita docuit quicqd illud foret / ad rerum naturã/non ad ipsorũ propositũ ꝑtinere. Pericles cũ in castra eius fulmen decidisset terruissetq; mili/ tes aduocata cõtione lapidibus ĩ cõspectu omniũ collisis ignẽ excussit: sedauit turbationẽ cum docuisset similiter nubiũ attritu excuti fulmẽ. Tymotheus Atheniẽsis classe dimicaturus aduersus corcyreos guber natori suo / qui proficiscenti iam classi signũ receptui ceperat dare/ qa ex remigibus quẽdã sternutantẽ audierat/ miraris inqt ex tot militibus unũ ꝑflixisse. Chabrias Atheniẽsis/classe dimicaturus excusso ante na uẽ ipsius fulmine exterritis ꝑ tale ꝓdigiũ militibus nũc inqt potissimũ

Scipio e nam prolapsus
Cesar navi conscendens.
Sempronius in picentes
Sertorius de scutis
Epaminundas
Sulpitius de eclipsi
Agathocles de eadem
Pericles de fulmine
Tymotheus de sternutamento
Chabrias de fulmine

ineunda pugna est cum deorum maximus Iuppiter adesse numen suū classi nostræ ostendit.

t Itus Quintius conſul cum Volſci caſtra eius aggreſſuri forēt / cohortem tantum non in ſtatione detinuit: reliquum exercitum ad quieſcendū dimiſit. æneatoribus præcepit ut uallum īſidentes equis circūirent concinerentqꝫ. Qua facie et ſimulatione cū et propulſaſſet et detinuiſſet per totam noctem hoſtes / ad lucis exortum: feſſos uigilia repente facta eruptione facile ſuperauit. Quintus Sertorius ī hiſpania equitatu maxime impar / qui uſqꝫ ad ipſas munitiones nimia fiducia ſuccedebat / nocte Scrobes aperuit et ante eas aciem direxit / cum demum turmales ſecundū conſuetudinem redire uellent pronuntiauit comperiſſe inſidias ab hoſtibus diſpoſitas. Iccirco ne diſcederent a ſignis neue laxarent agmen. Quod cum ſoluere ex diſciplina feciſſet / exceptus forte ueris inſidiis / quia predixerat interritos milites habuit. Chares dux Athenienſium / cum expectaret auxilia / et uereretut ne interea contemptu preſentis paucitatis hoſtes caſtra eius oppugnarent / cōplures ex eis quos habebat per aduerſam partem nocte miſſos iuſſit qua precipue conſpicui forent hoſtibus redire in caſtra: et accedentium nouarum uirium ſpeciem prebere. atqꝫ ita ſimulatis auxiliis tutatus eſt donec inſtrueretur expectatis. Hyphicrates Athenienſis / cum campeſtribus locis caſtra haberet / exploraſſetqꝫ Thraces / ex collibus per quos unus erat deſcenſus / nocte ad diripienda caſtra uenturos: clam duxit exercitum: et in utroqꝫ uiæ latere / per quam tranſituri erant Thraces diſtributum collocauit: hoſtēqꝫ decurrentem ī caſtra: in quibus multi ignes ꝑ paucorū curā inſtituti ſpeciē manētis ibi multitudinis ſeruabāt: a lateribꝰ adortus oppꝛeſſit.

De effugiendo. Ca.xiii.

g Alli pugnaturi cū Attalo / aurū omne et argētū certis cuſtodibus tradiderūt. Quibus ſi acie fugiſſent parcerēt / quo facilius

colligēda prædа hoſtem impeditum effugerent. Triphon ſyriæ rex uictus per totum iter fugiens pecuniam ſparſit eiq; inſectandæ Antiochi equites moratus effugit. Quintus ſertorius pulſus acie a Quinto metello pio ne fugam quidē ſibi tutā arbitratus milites diſperſos abire iuſſit admonitos in quē locū uellet cōuenire. Viriatus dux Luſitanorū copias noſtras / locorūq; iniquitatem euaſit eadē qua Sertorius ratione ſparſo exercitu deinde collecto. Horatius Cocles urgente Porſenæ exercitu iuſſit per pontē ſuos redire in urbem: eūq; ne caſu ſequeretur hoſtis intercidere. Quod dū efficitur in capite eius propugnator ipſe inſequētes detinuit. Audito deniq; fragore pontis abrupti deiecit ſe in alueū: eumq; nō armis ſed uulneribus oneratus trāſnauit. Aphranius in hiſpania ad Ilerdā cū Cæſarem fugeret inſtāte eo caſtra poſuit cum idem Cæſar feciſſet et pabulatū ſuos dimiſiſſet ille ſignum repente itineri dedit. Antonius cū ex parthis ſibi inſtantibꝫ reciperet exercitum et quotiens prima luce moueret totiens urgētibus Barbarorum ſagittis infeſtaretur: abeuntium agmen in quintā horā continuit: ſuiſq; fidem conſtantiorē fecit. Qua perſuaſione digreſſis ī de Parthis iuſtū iter reliquo die ſine interpellatione cōfecit. Philippus in Epyro ueritus ne fugientē eū Romani premerēt inducias ad ſepeliendos illic qui ceſi erant impetrauit: et ob id remiſſioribus cuſtodibus euaſit. Nero Claudius nauali ꝑlio ſuperatus a Penis cum per hoſtium preſidia neceſſe haberet erūpere reliquas uiginti naues tanq̄ uictrices iuſſit ornari: atq; ita Penis exiſtimantibus ſuperiores fuiſſe acie noſtros terribilis exceſſit. Peni claſſe ſuperati quia inſtantē auertere Romanū ſtudebant ſimulauerūt in uada naues ſuas īcidiſſe: a uētiſq; mutari effecerūt ut uictor eorū timens caſum ſpatium ad euadēdum daret. Comminius Atrabas cum uictus a diuo Iulio ex Gallia in Britaniam fugeret et forte ad oceanum ſecundo uento quidē ſed eſtu recedente ueniſſet / quāuis naues in ſiccis littoribus haberet pandi nihilominus uela iuſſit. Quem cum perſequens Cæſar ex longinquo tumentia et flatu plena uidiſſet / ratus ꝓſpero ſibi eripi curſu receſſit.

Sexti Iulii Frontini Strategematon liber Tertius.

I Priores libri reſponderunt titulis ſuis et lectorē huc uſq; cum attentione perduxerūt / eadē nūc circa oppugnationes urbium defēſioneſq; ſtrategemata / nec mo

rabor ulla ꝓlocutione: prius traditurus quæ oppugnãdis urbibus usui sunt tum quæ obsessos instruere possint. Depositis autem operibus et machinamentis / quorum expleta iampridẽ inuentione nullam uideo ultra artium materiam has circa expugnationes species strategematis fecimus.

De repentino impetu. Ca.i.

q VIntius consul / uictis acie equis et uolscis / cum Antium oppidum expugnare statuisset ad contionem uocato exercitu exposuit ꝗ id necessarium et facile esset / si non differetur aggredi. eoq; impetu quem exhortatio concitauerat / aggressus est urbem. Quintius antium capit.

Marcus Cato animaduertit in hispania potiri se quodam oppido posse si inopinãtes iuaderet: Quatridui itaq; iter biduo per confragosa et deserta emensus nihil tale metuentes oppressit hostes: uictoribus deinde suis causam tam facilis euentus requirentibus dixit tum illos uictoriam adeptos cũ quatridui iter biduo arripuerunt. Catonis victoria

De fallendis iis qui obsessi sunt. Ca.ii.

d Omitius Caluinus cũ obsideret lucã oppidũ ligurũ nõ situ tã (tum et operibus / Domitius caluinus Lucã in liguria capit

uerũ ẽt oppugnatorum preſtantía tutum círcuirí muros frequẽter om nibus copiis inſtituit eaſdéq; reducere ad caſtra. Qua conſuetudine ĩ ductis ita opidanis ut crederẽt exercitatiõis id gratia facere Romanũ/ ẽt ob hoc nihil ab eo conatu cauentibus| morem illum obambulandi in ſubitum direxit impetũ/ occupatisq; menibus expreſſit illud qđ ſe ipos dederent et oppidũ. Caius duillius cõſul ſubinde exercẽdo mi lites remigeſq; conſecutus ẽ / ut ſecuris Carthaginẽſibus uſq; in id tẽ pus ínoxiæ conſuetudinis / ſubito admota claſſe murũ occuparet.
Hãnibal in italia multas urbes cepit cũ Romanorũ habitu quoſdã ſu/ orũ ex longo belli uſu latine quoq; loquentes præmitteret. Archa / des meſſeniorũ caſtellũ obſidentes/factis quibuſdã armis ad ſimilitudi nem hoſtiliũ/ eo tẽpore quo ſucceſſura alia preſidia his explorauerũt: Inſtructi eorũ qui expectabant ornatu admiſſiq; p hũc errorẽ ut ſocii poſſeſſionẽ loci cũ ſtrage hoſtiũ adepti ſunt. Cimon dux Athenię̃ ſiũ/ in Caria ĩſidiatus cuidã ciuitati religioſum incolis tẽplũ Dianæ/lo cũq; qui extra muros erat noctu ĩprouiſus ĩcendit / effuſiſq; opidanis ad opem aduerſus ignes ferendã uacuã defenſoribus cepit urbem.
Alcibiades dux Athenienſiũ| cũ ciuitatẽ Agrigẽtinorũ egregie muni/ tam obſideret petito ab eis concilio diu tanq̃ de rebus ad cõe pertinẽ tibus diſſeruit in theatro: ubi ex more grecorũ locus conſultationi p̃ / bebatur. dũq; conſilii ſpecie tenet multitudinẽ Athenienſes quos ad id preparauerat incuſtoditã urbẽ ceperunt. Epaminũdas thebanus in archadia die feſto effuſe extra menia uagantibus hoſtium feminis pleroſq; ex militibus ſuis muliebri ornatu ĩmiſcuit / qua ſimulatione illi intra portas ſub nocte recepti ceperunt oppidum / et ſuis apperue/ runt. Ariſtippus Lacedemonius feſto die tegeatarũ quo omnis mul titudo ad celebrandum Mineruæ ſacrum urbe egreſſa erat iumẽta ſac cis frumentariis palea refertis honuſta tegeam miſit agentibus ea mili tibus qui negociatorum ſpecie inobſeruati portas aperuernnt ſuis.
Antiochus in Capadocia ex caſtello Sueda quod obſidebat frumenta tum iumenta egreſſa intercepit. Occiſiſq; calonibus eorundem ueſti / tu milites ſuos tanq̃ frumentum reportantes ſubmiſit: Quo errore il lis cuſtodibus deceptis caſtellum intrauerunt admiſerũtq; milites An/ tiochi. Thebani cum portum Sycioniorum nulla ui redigere in po teſtatem ſuam poſſent / nauem ingentem armatis impleuerunt expo ſita ſup merce ut negociatorũ ſpecie fallerẽt / ab ea deĩde parte muro tũ quæ lõgiſſime remota erat apparere paucos diſpoſueũt cũ qbus e

naue quidē eggressi inermes simulata rixa occurrerunt Sycioniis ad dirimendū iurgium aduocatis / Thebanæ naues et portū et urbem uacātem occupauerunt. Thymarcus Etholus occiso Carneade Ptholomei regis prefecto chlamide interempti et galero ad macedonicū ornatus est habitū/ꝑ hunc errorē pro Carneade Samiorū portū receptus occupauit.

De eliciendis ad proditionem. Ca.iii.

Papirius cursor/cōsul apud tarentum/ Miloni qui cum præsidio Epyrotarum urbē obtinebat / salutem ipsi et popularibus si per illum oppido potiretur pollicitus est. Quibus premiis ille corruptus persuasit Tarentinis ut se legatū ad consulem mitterent/ a quo plena promissa expectata referens in securitatē oppidanos resoluit atq; ita incustoditam urbem cursori tradidit. Marcellus/cum Syracusanū quendam Sosistratū ad proditionem sollicitasset/ex eo cognouit remissiores custodias fore die festo quo epicides prebiturus esset uini epularumq; copiā. insidiatus igitur hilaritati et quæ eam sequebatur secordiæ munimenta cōscendit uigilibusq; cesis apperuit exercitui romano urbē nobilibus uictoriis clarā. Tarquinus superbus cum Gabios in deditionem accipere non posset filium suum Tarquiniū cesum uirgis ad hostem misit. Is incusata patris seuitia persuasit Gabinis ut odio suo aduersus regem uterentur/et dux ad bellū electus tradidit patri Gabios. Cirus persarū rex \ comitem suum zopirū explorata eius fide truncata de industria facie ad hostes dimisit:illo afferente iniuriarū fidem creditus inimicissimus Ciro:cum hanc persuasionem adiuuaret ꝓcurrendo propius quotiens acie decertaretur et in eum tela dirigendo cōmissam sibi Babiloniorū urbem tradidit Ciro. Philippus oppido Samiorum exclusus apollonio prefecto eorū ad probationē corrupto ꝑsuasit / ut plaustrū lapide quadrato oneratū in ipso aditu portæ poneret confestim signo dato insecutus/oppidanos circa impedita portæ claustra oppressit trepidātes. Hannibal apud arcem quæ a præsidio Romano duce Liuio tenebat̃ Niconē quē ad proditionē sollicitauerat eiusmodi fallacia instruxit / ut ille per causam uenandi noctu ꝓcederet q̄si id ꝑ hostē interdiu nō liceret. Eggresso ipsi apros subministrabāt quos ille tāq̄ ex captura Liuio offerret. Idq; cū sæpius factū esset et iō minus obseruaret̃ quadā nocte Hānibal uenatorū habitu Penos comitibus eius immiscuit, qui cum honusti uenatione quā ferebant recepti

essent a custodibus protinus eos adorti occiderunt. Tunc fracta porta admissus cum exercitu Hannibal omnes Romanos interfecit / exceptis his qui in arcem prefugerant. Lysymacus rex macedonũ cum Ephesios oppugnaret/et illi in auxilio haberent Mandronẽ archipiratam q̧ plurimũ oneratas præda naues ephesum appellebat corrupto ei ad proditionẽ iunxit fortissimos macedonum: Quos ille restrictis manibus ꝓ captiuis Ephesum introduceret. Qui postea ex arce raptis armis urbem Lysymaco tradiderunt.

Per quæ hostes ad inopiam redigantur. Ca.iiii.

f Abius maximus uastatis campanorũ agris ne quid eis ad fiduciam obsidionis superesset/recessit sementis tẽpore ut frumentũ quod reliquum habebant in sationes conferrent. Reuersus deinde renata ꝓstrauit et ad famẽ redactis potitus ẽ. Antigonus aduersus Athenienses idem fecit. Dionysius multis urbibus captis cum reginos aggredi uellet qui copiis habundabãt simulauit pacẽ: petiitq; ab eis ut cõmeatus exercitui ipsius subministrarent/quod cum impetrasset exhausto opidanorũ frumento aggressus urbem alimentis destitutã superauit. Idem aduersus Hymeteos fecisse dicitur. Alexander oppugnaturus Leucadiam commeatibus abundãtẽ/ prius castella quæ in cõfinio erant cepit omnesq; ex his Leucadiã passus est cõfugere ut alimẽta inter multos celerius absumerent. Phalaris agrigẽtinus cum quædam loca munitiõe tuta in Sicilia oppugnaret simulato federe / frumẽta quæ residua se habere dicebat/apud eos deposuit. Deinde data opera ut tectorum cameræ in quibus id conferebatur rescisse pluuiam reciperent: fiducia aducti cõmeatus proprio tritico abusos / primo initio estatis aggressus inopia compulit ad deditionem.

Quemadmodũ persuadetur obsidionẽ esse permansurã. Ca.v.

c Learchus Lacedemonius exploratũ habẽs thracas oĩa uictu necessaria in montes cõportasse una quoq; ope sustẽtari: q̧ crederent eum cõmeatus inopia recessurũ: ꝑ id tp̄s quo legatos eorũ uẽturos opinabat̃ aliquẽ ex captiuis in conspectu iussit occidi/et membratim tanq̃ alimenta in cõtubernia distribuit: Thraces nihil non facturũ ꝑseuerãtiæ causa eum credẽtes q̧ tam detestabiles epulas sustinuisset experiri / in deditionẽ uenerũt. Tyberius gracchus Lusitãis dicẽtibus in decẽ annos cibaria se habere / et oĩo obsidionẽ non expauescet

re Vndecimo inquit anno uos capiam. Qua uoce Lusitani quãq̃ ĩstru cti cõmeatibus statim se tradiderunt. A. Torquato græcam urbẽ op/pugnanti cum diceretur iuuentutẽ ibi studiose iaculis et sagittis exerce ri pluris eam inquit propediem uendam.

De destructione presidiorum hostium. Ca. vi.

Cipio Hannibale in aphricam reuerso / cũ plura oppida quæ illi in potestatem ratio redigẽda dictabat firmis presidiis diuer/sæ partis obtinerentur subinde aliquã manũ submittebat ad in/festanda ea: nouissime ẽt tanq̃ direpturus ciuitates aderat deinde simu lato metu refugiebat. Hannibal ratus ueram esse trepidationem / dedu ctis undiq; ꝑsidiis tanq̃ de summa rerũ dimicaturus insequi cepit. Ita consecutus Scipio quod petierat nudatas ꝓpugnatoribus urbes ꝑ masi nissam et numidas cepit. Publius cornelius Scipio / intellecta diffi/cultate expugnandi deluinũ: quia concursu omnium defendebatur ag gredi alia oppida cepit. Et euocatis ad sua defendenda singulis / uacua tũ auxiliis deluinũ cepit. Pyrrhus Epirotarum rex aduersus illiricos cum ciuitatem quæ caput gẽtis erat redigere in potestatẽ suam uellet: eius desperatione cæteras urbes petere cepit: consecutusq; est ut hostes fiducia uelut satis munitæ urbis eius ad tutelã aliarũ dilaberent. Quo facto reuocatis ipse rursus omnibus suis euacuatã eam defensoribus ce pit. Cornelius Ruffinus consul / cum aliquanto tempore Crotonam oppidũ frustra obsedisset: quod inexpugnabile faciebat assumpta ĩ pre sidium Lucanorũ manus: simulauit se cepto desistere. captiuũ deinde magno præmio sollicitatum misit Crotonam / qui tanq̃ ex custodia fu gisset / qui persuasit discessisse Romanos. Id uero Crotonenses arbi/trati dimisere auxilia: destitutiq; propugnatoribus inopinati et inuali di capti sunt. Mago dux Carthaginensium uicto Gneo Pisone et in quadam turre circũsepto suspicatus uentura ei subsidia perfugam mi/sit: qui persuaderet apropinquantibus captum iam Pisonem. Qua rati one deterritis eis reliqua uictoriæ cõsumauit. Alcibiades in Sicilia cũ Syracusanos capere uellet ex Catanensibus apud quos tum exercitum continebat quẽdã exploratæ solertiæ submisit Syracusanis. Is in publi cũ cõsiliũ ĩtroductus persuasit ĩfestissimos ẽẽ Catanẽses Atheniẽsibꝫ: et si adiuuarẽt a Syracusanis futurũ ut opprimerent eos et Alcibiadẽ. q̃re adducti Syracusani uniuersis uiribꝫ Catanã petituri ꝓcesserunt relicta ipꝫorũ urbe. quã a tergo adortus alcibiades desolatã ut sꝑauerat afflixit.

Cleonius athenienſis Troezenos qui in preſidium Craterũ tenebãt aggreſſus tela quædam in quibus ſcriptum erat ueniſſe ſe ad liberãdam eorum rempu. intra muros iecit: et eodem tempore captiuos quoſdam conciliatos ſibi remiſit: qui Craterum detractarent. per hoc conſilium ſeditione inteſtina apud obſeſſos conciliata admoto exercitu potitus ẽ (ciuitate.

De fluminũ deriuatione et uitiatione aquarum Ca. vii.

p Vblius Seruiliuſ Iſauram oppidũ flumine eo quo hoſtes aqua bantur auerſo ad deditionem ſiti compulit. Caius Cæſar in Gallia Cadurcorum ciuitatem amne cinctam / et fontibus abũ dantem ad inopiam aquæ redegit: cũ fontes cuniculis auertiſſet / et flu minis uſum per ſagittarios arcuiſſet. Quintus Metellus in Hiſpania citeriore in caſtra hoſtium humili loco poſita fluuiũ ex ſuperiore parte immiſit: et ſubita inundatione turbatos per diſpoſitos in hoc ipſum in ſidiatores cecidit. Alexander apud Babilonem quæ media fluuio Eu frate diuidebatur / foſſas pariter et aggerem inſtituit / ut in uſum eius extimarent hoſtes egeri terram: atq; ita ſubito flumine auerſo / per al / ueum ueterem qui ſiccatus ĩgreſſum ꝑbebat / urbem intrauit. Semi ramis aduerſus eoſdem Babilonios eodem Eufrate auerſo idem feciſſe dicitur. Cliſthenes Sycionius ductum aquarũ in opidum Eriſeorum ferentem rupit. Mox refectis tubis reſtituit aquam elleboro curruptã: qua uſos profluuio uentris decipiens cepit.

De iniiciendo obſeſſis pauore. Ca. viii.

p Hilippus cum Teenaſium caſtellum nulla ui capere poſſet / an te ipſos muros terram egeſſit ſimulauitq; agi cuniculum / caſtel laniq; ſubrutos ſe eſtimantes reddiderunt. Pelopidas Theba nus magnetum duo oppida ſimul oppugnaturus non tam ita lõgo ſpa tio diſtantia: quo tempore ad alterum eorum exercitum admouebat / precepit ut ex compoſito ab aliis caſtris. iiii. equites coronati notabili a lacritate uelut uictoriam nuntiantes uenirent / ad cuius ſimulationem curauit ut ſilua quæ in medio erat incenderetur. prebitura ſpẽm urbis ardentis. præterea quoſdam captiuorũ habitu eorũ iuſſit ꝑduci. Qua aſſeueratione perterriti qui obſidebantur dum in parte iam ſe ſupera / tos exiſtimant defecerunt, Cyrus rex Perſarum incluſo ſardibus creſo

qua preruptus mons nullum aditum prestabat ad menia / malos exe/ quantes altitudinem iugi subtexit. Quibus simulacra hominū ar/ mata persici habitus imposuerat: noctuq; eos monti admouit. Tū pri ma luce ex altera parte muros aggressus est: ubi orto iam sole simula/ cra illa armatorum referentia habitum refulserunt: oppidani captam urbem a tergo credentes / et ob hoc in fugam dilapsi uictoriam hosti bus concesserunt.

De irruptione ex diuersa parte quam expectamus. Ca. viiii.

Scipio apud Carthaginem / sub discessu estus maritimi secu / tus deum ut dicebat ducem / ad muros urbis accessit / et ceden te stagno / qua non expectabatur irrupit. Fabius maximus Cunctatoris filius / apud arpos presidio Hannibalis occupatos consi / derato situ urbis sexcentos misit milites obscura nocte: qui per muni/ tam eoq; minus frequentatam oppidi partem / scalis euecti in murū portas reuellerent: hi adiuti decidentium aquarū sono qui operis stre pitum obscurabat / iussa peragunt. ipse dato signo ab alia parte ag / gressus cepit Arpos. Caius Marius bello iugurtino apud flumē Mu lucam / cum oppugnaret castellum in monte saxeo situm: quod una et angusta semita adibatur cetera parte uelut cum saltu precipiti: nun tiato sibi per ligurem quēdam / ex auxiliis gregalem militem qui forte aquatum progressus dum per saxa montis cocleas legit ad summum peruenerat erepi posse in castellum: paucos centuriones quibus perfe ctissimos cum uelocissimis militibus æneatores imiscuerat / misit capi te pedibusq; nudis: ut prospectus uisusq; per saxa facilior foret / scutis armisq; a tergo aptatis. hi ligure duce et loris et clauis quibus in ascen su nitebantur adiuti / cum ad posteriora ob id uacua defensoribus ca stelli peruenissent / concinere et tumultuari ut præceptum erat cepe / runt. ad quod constitutum Marius constantius adhortatus suos a / crius instare castellanos cepit. Quos ab imbelle multitudine suorum reuocatos tanquā a tergo capti essent insecutus castellum cepit. Lu cius cornelius cōsul complura sardiniæ cepit oppida dum fortissimas partes copiarum noctu exponit. Quibus precipiebat ut delitescerent opperirenturq; tempus quo ipse nactus appelleret: occurrentibus de / inde aduentanti et hostibus ab ipso per simulationem fugæ longius ad persequendum aduocatis illi in relictas ab his urbes impetum face rent. Pericles Atheniensium dux cum oppugnaret quādam ciuitatē magno consensu defendentium tutam nocte ab ea parte murorum:

EE .i.

Scipio cartagini

Fabius max. arpos

Marius

Lucius cor. Sardinia

Pericles

quæ mari adiacebat / classicum clamorem attolli iussit. hostes penetratum illa oppidum rati reliquerunt portas: per quas Pericles destitutas presidio irrupit. Alcibiades dux Atheniensiũ euticum oppugnandi eius causa / nocte ĩprouisus accessit et ex diuersa parte meniũ cornicines canere iussit. sufficere propugnatores murorũ poterãt ad id latus a quo solo se temptari putabãt / cum fluerent qua nõ obsistebat̃ muros transcendit. Trasibulus dux Milesiorum ut portũ Syciniorum occuparet a terra subinde oppidanos temptauit: et illo quo lacessebãtur conuersis hostibus / classe inspecta portũ cepit. Philippus in obsidione cuiusdam urbis maritimæ binas naues procul a conspectu contabulauit superstruxitq; eis turres: aliis deinde turribus adortus a terra uel cõminus domibus propugnatores distrinxit turritas naues a mari applicuit: et qua non resistebatur subiit muros. Pericles Ponomesorum castellũ oppugnaturus in quo duo omnino erant accessus / alterũ fossa interclusit / alterũ muniuit. castellani securiores ab altera parte facti / eam solam quã muniri uidebant custodire ceperunt. Pericles preparatis pontibus iniectisq; super fossam / qua non cauebatur subiit castellum. Anthiochus aduersus Ephesios rhodiis quos in auxilio habebat ꝑcepit / ut nocte portũ cũ magno strepitu inuaderent: ad quam partem cũ tumultu omni multitudine decurrente / nudatis defensore aliis munitionibus / ipse aggressus a diuerso ciuitatem cepit.

De insidiis per quas eliciantur obsessi. Ca. x.

C Ato in conspectu Lacetanorũ quos obsidebat reliquis submotis suessanos quosdam ex auxiliariis maxime imbelles aggredi menia iussit. hoc cũ facta eruptione lacetani facile auertissent et fugiẽtes auide insecuti essent. illis quas occultauerat cohortibus oppidum cepit. Lucius Scipio in Sardinia cuiusdam ciuitatis per tumultum relicta oppugnatione / quam instruxerat / speciem fugientis finxit. insecutisq; temere oppidanis per eos quos in proximo occultauerat oppidum inuasit. Hannibal cum obsideret ciuitatem hymerã castra sua capi de industria passus est iussis recedere penis tanq̃ preualeret hostis. Quo euentu Hymereis ita deceptis / ut gaudio impulsi relicta urbe procurrerunt ad punicũ uallum Hannibal uacuam urbem ꝑ eos quos in insidiis ad hãc ipsam occasionẽ posuerat cepit. Idem ut sagittarios eliceret rara acie ad muros accedens ad primam eruptionẽ oppidanorum simulata fuga cessit. Interpositoq; exercitu ab oppido / interclusos hostes a suis in medio trucidauit. Scordisci equites:

cum a grecia duarum partium presidio oppositus esset Lucullus pe/ cora abigere simulantes/procurauerūt eruptionē:fugam deinde meti ti sequētē lucullū in insidias deduxerūt et octingentos cum eo milites occiderunt. Chares dux Atheniēsiū ciuitatē aggressurus littori op positā post quedā promontoria occulte habita classe e nauibus uelo/ cissimā præter hostilia presidia ire iussit:qua uisa cū omnia nauigia quæ pro custodia portus agebātur/ad persequēdā euolassent/ Chares in indefensum portū reliqua classe inuectus ēt ciuitatē occupauit. Lartha dux Penorū in Sicilia lilibeum nostris terra mariq; obsidenti/ bus partē classis suæ ꝓcul armatā iussit ostēdi ad eius cōspectū cū euo lassent nostri:Ipse reliqs quos ī occulto tenuerat nauib9 lilibei portū (occupauit.

De simulatione regressus Ca.xi.

p Hormion dux Atheniensiū/ cū depopulatus esset agros chal chidensiū/ legatis eorundē ea requirētibus benigne respōdit/ et nocte qua admissurus illos erat:finxit litteras sibi superuenis/ se ciuiū suorū:propter quas redeundū haberet/ ac paulū regressus di misit legatos.his omnia tuta et abisse phormionē renūtiantibus chal chidenses spe et oblatæ humanitatis et abducti exercitus remissa urbis custodia/ cū confestim phormion reuertisset prohibere inexpectatā uim nō potuerunt. Agesilaus dux lacedemoniorū cū phocenses ob sideret/ et intellexisset eos qui tunc presidio illis erāt iam grauari bel/ lorū incōmodo:paululū regressus/ tanq̄ ad illos actus liberā occasio nē recedendi his dedit nō multo post milite reducto/ destitutos phocē ses superauit. Alcibiades aduersus bizanticos/ qui se menibus conti nebāt īsidias deposuit et simulato regressu incautos eos oppressit Vi riatus cū tridui iter descendēs cōfecisset idē illud in uno die remensus/ securos segobrienses et sacrificio q̄ maxime occupatos oppressit. E paminūdas mātiniā cū lacedemonios ī subsidiū hosti uenisse aīaduer/ teret/ ratus posse lacedemonē occupari si clam ill9 profectus esset:no cte crebros ignes fieri iussit ut specie remanēdi occultaret profectionē Sed a transfuga ꝓditus assecuto exercitu lacedemoniorū itinere qdē quo spartā petebat destitit. Idem tamē consiliū conuertit ad mātiniē/ ses.æque enim ignibus factis lacedemonios quasi maneret frustratus xl.milia passuū reuertitur Mātiniā:eāq; auxilio destitutā occupauit.

De exercitanda cura suorum. Ca.xii.

a Lcibiades Atheniensis ciuitate sua a Lacedemoniis obsessa ue ritus negligentiā uigliū denūtiauit his qui in statōnibus erāt

ut obseruarent lumen quod nocte ostensurus esset ex arce / et ad conspectū eius ipsi quoq; lumina attollerēt: in quo munere qui cessasset / penā passurū: dū sollicite expectat signū ducis / peruigilatū ab omnibus et suspectæ noctis periculū euitatū est. Hiphycrates dux Atheniensium cū presidio Corinthū teneret et sub aduentū hostiū ipse uigilias circuiret uigilē quē dormientē uiderat trāsfixit cuspide quod factū quibusdā tanq̄ seuū increpantibus / qualē iueni iquit talē reliqui. Epaminundas Thebanus idem fecisse dicitur.

De emittendo et recipiendo nuntio. Ca.xiii.

r Omani obsessi in Capitolio / ad Camillū ab exilio implorandum miserūt: qui ut stationes Gallorū falleret per saxa tarpeia demissus transnato tyberi ueios peruenit. et perpetrata legatione similiter ad suos rediit. Campani diligenter Romanis quib; obsessi erant custodias agentibus / quēdam transfugā subornatū miserūt: qui occultatā Balteo epistolam inuenta effugendo occasione ad Penos pertulit. Venatione quoq; et pecoribus quidā miserūt litteras mēbranis mandatas. Aliqui iumentū in aduersam partē inflixerunt / dū stationes transeunt. nōnulli iteriora uaginarū inscripserūt. Hyrcius consul ad decimū Brutū qui Mutinæ ab Antonio obsidebatur / litteras subinde misit plumbo scriptas / quibus ad brachiū ligatis / miles scultēnā amnē trāsnabat. Idem columbis quas inclusas ante tenebris et fame affecerat / epistolas ad collū seta ligauit / easq; a propiquo inquātū poterat loco menibus emittebat: illæ lucis cibiq; auidæ altissima edificiorū petētes excipiebātur a Bruto Qui eo modo de omnib; rebus certior fiebat utiq;: postq̄ disposito cibo quibusdam locis colūbas illuc deuolare instituerat.

De introducendis auxiliis et cōmeatibus Ca xiiii.

b Ello ciuili cum Ategua urbs in Hispania pompeianarū partium obsideretur Martius interim rex tanquā Cæsarianus tribuni cornicularius uigiles quosdā excitauit: e qbus aliquot euitans constantia fallaciæ suæ per medias Cæsaris copias presidiū Pōpei transduxit. Hannibale obsidente casilinū Romani farinā doliis secunda aqua uulturni fluminis dimittebant ut ab obsessis exciperet: quibus cū obiecta per mediū amnem catena Hannibal obstitisset nuces sparsere / quæ cū aqua ferente ad oppidū defluerent / eo cōmeatu sociorum necessitatem sustentauerunt. Hyrcius in Mutinēsibus obsessis ab Antonio / salē quo maxime indigebāt cuppis conditū per am

nem Saminicorum intromisit. Idem pecora fecūda aqua dimisit quæ excepta sustentauerunt necessariorum inopiam.

Quemadmodum efficiatur ut quæ desunt habūdare uideātur. C.xv.

r Omani cum a gallis Capitolium obsideretur in extrema iā fame panem in hostem iactauerunt/consecutiq; ut habūdare commeatibus uiderētur: obsidionem donec Camillus subueniret/tollerauerunt. Athenienses aduersus Lacedemonios idem fecisse dicuntur. Hi qui ab Hannibale ad Casilinum obsidebantur ad extremam famem peruenisse crediti cū etiam herbas alimentis eorum Hannibal sæpe arato loco qui erat inter castra ipsius/ et menia preriperet semina in preparatum locum iecerunt. Consecuti ut habere uiderētur unde uictum sustentarent usq; ad satorū prouentū. Reliqui ex uariana clade cum obsiderentur/ quia deficere frumento uidebātur horrea tota nocte circūduxerunt: captiuos deinde precisis manibus dimiserunt. Hi circūsedentibus suis persuaserunt ne spem maturæ expugnationis reponerent in fame romanorum: quibus alimentorum ingens copia superesset. Thraces in arduo monte obsessi/ iquem hostibus accessus non erat collato uiridi exiguo tritico/ aut caseo pauerunt pecora et in hostium presidia dimiserunt. Quibus exceptis et occisis cū frumenti uestigia in uisceribus earum apparuissent/ opinatus hostis magnam uim tritici superesse eis: qui inde etiam pecora pascerent recessit ab obsidione. Phrasibulus dux milesiorum cum longa obsidione milites sui agerentur/ ab Aliacte qui superabat eos ad deditionē fame posse compelli: sub aduentum legatorum Aliactis frumentum omne in forum compellere iussit. et conuiuis sub id tempus instructis per totam urbem epulas prestitit: atq; ita persuasit hosti superesse ipis copias: quibus diuturnam sustinerent obsidionem.

Qua rōne ꝓditoribus et trāsfugis occurratur. Ca.xvi.

m Arcellus cognito cōsilio. L. Bancii nolani qui corrumpere ad defectionem populares studebat/ et Hannibali gratificabatur ꝙ illius beneficio curatus inter cannenses: saucius et ex captiuitate remissus ad suos erat: q̄ iterficere eū ne supplicio eius reliquos concitaret Nolanes non audebat accersitum ad se allocutus est dicens fortissimū eū militem/ quod antea ignorasset hortatusq; est ut secum moraretur et super uerborū honorem equū ei quoq; donauit. Qua

Valerius max. Le 2° cap. de discip. militari ...

De Disciplina. Ca.i.

Scipio ad numantia

Cipio ad Numantiā corruptū superiorū ducū socordia exercitum correxit: dimisso ingenti lixarū numero: redactis ad Munus quotidiana exercitatione militibus: quibus cum frequens iniūgeret iter portare cōpluriū dierū cibaria imperabat: ita ut frigora et hymbres pati uada fluminum pedibus traiicere asuesceret miles. Exprobrante subinde imperatore timiditatem et ignauiam: frāgente delicatioris usus ac parū necessaria expeditioni uasa. ꝙ maxime nobiliter accidit Caio meuio tribuno: cui dixisse traditur Scipio: mihi pauli sper tibi et reip. semper necessarius nequaq̄ eris. Quītus Metellus bello iugurtino similiter lapsam militū disciplinā pari seueritate restituit: cū insup ꝓhibuisset alia carne q̄ assa elixaue milites uti. Pirrhus delectori suo fertur dixisse: tu grādes elige ego eos fortes reddā.

Milites iureiurando et sacramento

Lucio Flacco et. C. Varrone consulibus milites primo iureiurādo facti sunt: ante enim sacramēto tātūmodo a tribunis rogabanť. Cæterū ipsi inter se tātū iurabāt se fugæ ac formidinis cā non abituros neq; ex ordine recessuros nisi teli petēdi feriendiue hostis aut ciuis seruādi cā. Scipio Aphricanus cū ornatū scutū elegātius cuiusdam uidisset dixit nō mirari se ꝙ tanta cura ornasset in quo plus presidii q̄ in gladio haberet. Philippus cū primū exercitū constitueret uehiculorū usum omnibus iterdixit equitibus nō amplius q̄ singulos calones habere permisit. Peditibus aūt denis singulos: qui molas et funes ferrent in estiua exeuntibus. xxx. dierū farinā collo portare imperauit.

Scipio de scuto

Muli mariani · proverbium

Caius Marius recidēdorū ipedimētorū gratia quibus maxime exercitus agmen oneratur uasa et cibaria militū in fasciculos aptata furcis iposuit: sub quibus et habile onus et facilis requies esset: Vnde et in ꝓuerbiū tractū est. Muli mariani. Theogenes Atheniensis cum exercitū megarā duceret petētibus ordines respōdit ibi se daturū: deinde clā equites ꝑmisit eosq; hostiū specie ipetū i socios retorquere iussit. Quo facto cū tāq̄ ad hostiū occursum prepararetur ꝑmisit ita ordinari aciē: ut quo quis uoluisset loco cōsisteret et cū inertissimus qs ꝙ retro se dedisset: strenui aūt in fronte ꝓsiluissent: ut queq; inuenerat stātē ita ad ordines milites ꝓuexit. Lysāder Lacedemonius egressum uia quēdā castigabat: cui dicenti ad nullius rei rapinā se ab agmine recessisse. Respōdit ne speciē qdē rapturi ꝑbeas uolo. Antigonus cū audisset diuertisse filiū suū i eius domū cui tres filiæ isignes specie

Theogenes

Antigonus de filio

essent: audio iquit fili angustе habitare te pluribꝰ dominis domū po sidentibus: hospitiū latius accipe: iussoq; cōmigrare/ dixit ne quis mi nor qnquagita ānis natus hospitio matris familias uteretur. Quin tus metellus cōsul q̄uis nulla lege ipediretur quin filiū cōtubernalē p petuū hēret maluit tamē eū i ordine habere. Publius Rutilius con sul cū secūdū leges i cōtubernio suo filiū posset habere i legione mili tē fecit. Tyberius Scaurus filiū qui i saltu tridentino loco hostibus cesserat i cōspectū suū uenire uetuit. Adolescēs uerecūdia ignominiæ pssus mortē sibi cōstitit. Cotta cōsul i sicilia i Valeriū nobilē tribu nū militū ex gēte Valeria uirgis aīaduertit. Idē. P. aureliū sanguine si bi iūctū/ quē obsidioni lipararū ipe ad auspicia repetēdā mesanā trāsi turus pfecerat: Cū agger icensus et capta castra essent: uirgis cesū i nu merū gregaliū peditū referri/ et muneribꝰ fungi iussit. Fuluius Flac cus censor/ Fuluiū fratrē suū quia legionē in qua tribunus militū erat iniussu cōsulis dimiserat/ a senatu mouit. Marcus Cato/ ab hostili lit tore i quo p aliquot dies māserat/ cū tradito pfectionis signo classem soluisset: et relictus e militibꝰ quidā acerrima uoce et gestu expostula ret uti tolleretur: circūacta ad littus uniuersa classe cōprehēsū suppli cio affici iussit: et quē occisuri p ignominiā hostes fuerāt exēplo poti us ipēdit. Appius claudius ex his qui loco cesserāt decimū quēq; mi litē sorte ductū fuste pcussit. Paulus Lucius cōsul ex duabus legioni bus quæ loco cesserāt/ sorte ductos i cōspectu militū securi pcussit. Fabius Rutilius ternas ex cēturiis quarū statio prupta erat securi per cussit. Marcus ātonius/ cū agger ab hostibꝰ icensus esset/ ex his q in ope fuerāt/ duarū cohortiū militē decimauit.. Et in singulos ex his cē turiones aīaduertit. legatū cū ignominia dimisit: reliquis ex legione ordeū dari iussit. In legionē quæ regiū oppidū iniussu ducis diruerat aīaduersum ē/ ita ut quatuor milia tradita custodiæ necarēt. Preterea senatus cōsulto cautū ē/ ne quē ex eis sepeliri uel lugere fas esset. Lu cius Papirius cursor dictator Fabiū rutilianū magistrū equitū/ q͏ ad/ uersum dictū eius q̄uis prospere pugnauerat uirgis poposcit/ cesū se/ curi percussurus. nec cōtentioni aut precibus militū cōcessit aīaduersi onē/ eūq; perfugiētē Romā persecutus est/ nec ibi quidē remissionē prius supplicii meruit: q̄ ad genua eius et Fabius cum patre prouol/ ueretur: et pariter senatus et populus rogarent. Manlius/ cui iperi oso postea cognomen fuit/ filiū q͏ is contra edictum patris cum ho/ ste pugnauit/ quāuis uictorem in conspectu exercitus uirgis cesum se

Tyberius Scaurus

Cotta. valerius max. li. 2. cap. de di sciplina militari

Cato militem punit

Ternas

Antonii animaduersio

Fabius Rutilianus.

curi percussit. Manlius filius exercitu pro se aduersus patrem sediti
onem parante negauit tanti esse queq̄: ut propter illū disciplina cor/
rumperetur: et obtinuit ut ipsum puniri paterentur. Quintus fabi
us maximus transfugarū dextras precidit. Marcus Curio cōsul / bel
lo dardanico circa Dirrachium/ cum ex quinq; legionibus una facta
seditione militiā detrectasset secuturāq; se temeritatem ducis in expe/
ditione asperā et insidiosam negasset quattuor legiones eduxit arma
tas et consistere ordinibus detectis armis uelut in acie iussit. Post hæc
seditiosam legionem inermē procedere discinctamq; in conspectu ar/
mati exercitus stramēta coegit secare. Postero autem die similiter fos
sam discinctos milites facere: nullis precibus legionis ab eo impetrari
potuit ne signa eius submitteret nomenq; aboleret / milites autē ī sup
plementum legionum distribueret. A Fuluio Appio Claudio
consule milites ex pugna cānensi in Siciliam ex senatus. C. relegati po
stulauerunt a consule Marco marcello / ut in prælium ducerentur. Il/
le senatum consuluit: senatus negauit sibi placere cōmitti his remp.
quā deseruissent. Marcello tamen permisit facere quod uideretur dū
ne quis eorum munere uacaret neue donaretur / neue quod premium
ferret aut in italiam portaretur / dum Peni in ea fuissent. Marcus
Salinator consularis damnatus est a populo: eo q̄ prædam nō æquali
ter diuiserat militibus. Cum a liguribus in prelio Quintus petili
us consul interfectus esset / decreuit senatus: uti ea legio: in cuius acie
consul erat occisus tota infrequens referretur/ stipendium ei non dare
tur a numeroq; rescinderetur.

De effectu disciplinæ Ca. ii.

b Ruti et Cassii exercitus memorie proditum est in bello ciuili
cum una per Macedoniam iter facerēt / priorq; Brutus ad flu
uium in quo pōtem iungi oportebat peruenisset: Cassii tamē
exercitum et in efficiendo ponte et in transitu maturādo præcessisse.
Qui uigor disciplinæ effecit ne solum in operibus uerum etiam ī sum
ma belli prestarent cassiani brutianis. Caius Marius cum facultatē
eligendi exercitus haberet ex duobus qui sub Rutilio et qui sub Me/
tello ac postea sub se ipso meruerant: Rutilianum quendam mino/
rem qui certioris disciplinæ arbitrabatur pūctauit. Domicius cor
bulo duab9 legiōib9 et paucissimis auxiliis disciplina correcta parthos
substinuit. Alexāder Macedo. xl. milib9 hominū iā inde a Philippo

patre disciplinæ asuefactis orbē terrarum aggressus īnumeras hostium copias superauit. Cyrus bello aduersus Persas.xiiii.milibus armatorum imensas difficultates superauit. Epaminundas dux Thebanorum.iiii.milia hominū ex quibus.cccc.tantū equites erant:lacedemoniorum exercitum.xxiiii.miliū peditum / equitum mille sexcentorum uicit. A.xiiii.milibus græcorū qui numerus ī auxiliis Cyri aduersus Artaxerxem fuit / centū milia barbarorū prelio superati sunt. Eodē græcorū prelio decē milia amissis ducibus reditus sui cura uni ex corpore suorum Xenophonti atheniensi demandati per iniqua et incognita loca incolumia reuersa sunt. Xerxes a.ccc.Lacedemoniorum ad thermopylas uexatus cum uix eos confecisset.hoc se deceptum aiebat ꝙ multos quidem homines habebat / uiros autē disciplinæ tenaces nullos.

De continentia. Ca.iii.

m Arcum Catonē / uino eodē / quo remiges contētū fuisse traditur. Fabricius / cum Cyneas legatus Epyrotarū grande pondus auri dono ei daret / nō accepto eo / dixit malle se habentibus id imperare q̄ habere. Attilius regulus / cum summis rebus prefuisset / adeo pauper fuit ut se coniugē liberosq; toleraret agello: qui colebatur per unū uillicum:cuius audita morte scripsit senatui de successore:destitutis rebus obitu serui necessariam esse presentiam suam. Cneus Scipio post res prospere gestas in hispania in summa paupertate decessit nec ea quidē relicta pecunia quæ sufficeret in dotem feminarū / quas ob inopiam publice dotauit senatus. Idem prestiterunt Athenienses filiis Aristidis post amplissimarū rerum administrationē maxima paupertate defuncti. Epaminundas dux Thebanorum tantæ abstinētiæ fuit ut in suppellectili eius preter ænum et ueru unicum nihil inueniretur. Hannibal surgere de nocte solitus ante noctem nō requiescebat crepusculo demū ad cenā uacabat / neq; amplius q̄ duobus lectis discūbebatur apud eum. Idē cum sub Hasdrubale imperatore militaret plerūq; super nudam humū sagulo tectus somnos capiebat. Emilianū Scipionē traditur in itinere cum amicis ambulantē acepto pane uesci solitū. Idem et de Alexandro Macedone dicitur. Masinissam nonagesimū ut dicitur annū agentē meridie ante tabernaculū stantem uel ambulantem capere solitum cibos legimus. Curius cum uictis ab eo sabinis ex senatus consulto ampliaretur ei modus agri.: quem consumati milites accipiebant gregaliū portōne cōtētus fuit malū ciuē dicēs cui nō eēt id qđ ceteris satis.

Vniuersi quoqꝫ exercitus notabilis sæpe fuit continentia / sicut eius qui sub Marco Scauro meruit. Nāqꝫ memoriæ tradidit Scaurus pomiferam arborem quæ in pede castrorum fuerat completa metatione postero die abeunte exercitu intactis fructibus relictam. Auspiciis imperatoris Cæsaris Domitiani augusti germanico bello: quod Iulius ciuilis in gallia mouerat ligonum opulentissima ciuitas quæ ad ciuilem desciuerat / cum aduueniente exercitu Cæsaris: populationem timeret: ꝙ contra expectationem inuiolata nihil ex rebus suis amiserat in obsequium redacta septuaginta milia armatorum tradidit. L. Mūmius qui Corintho capta non Italiam solum / sed ēt prouinciam tabulis statuisqꝫ exornauit: adeo nihil ex tantis manubiis in suum conuertit: ut filiam eius inopem senatus ex publico dotauerit.

De Iustitia Ca. iiii.

c Amillo phaliscos obsidenti ludi magister liberos faliscorū / tā quā ambulandi causa extra murum eductos tradidit dicens repetendis obsidibus necessario ciuitatem imperata facturam: Camillus non solum spreuit perfidiam: sed ēt restrictis post terga manibus magistrum uirgis agendum ad parētes tradidit piis adeptus beneficiis uictoriam: quā fraude non cupierat. Nam phalisci ob hanc iustitiam sponte ei se dederunt. Ad Fabricium ducem romanorū medicus Pyrrhi Epyrotarum regis peruenit / pollicitusqꝫ est daturum se uenenum Pyrrho si merces sibi in qua operæprecium esset constitueretur. Quo facinore Fabricius egere uictoriam suam non arbitratus regi medicum detexit: atqꝫ ea fide meruit ut ad petendam amiciciam Romanorum compelleret Pyrrhum.

De Constantia Ca: v.

g Neus Pompeius minantibus direpturos pecuniam militibus quæ: in triumpho ferretur / Seruilio et Glaucia cohortantibus ut diuideret eam ne seditio fieret affirmauit non triumphaturum se sed potius moriturum q̄ licentiæ militum succumberet. Castigatisqꝫ oratione graui laureatos fasces obiecit: ut ab illorum inciperēt direptione / eaqꝫ inuidia redegit eos ad modestiam. Cæsar seditione in tumultu ciuilium armorum acta / maxime tum tumentibus animis legionem totam exauctorauit ducibus seditionis securi percussis. Mox eos quos exauctorauerat ignominiam deprecātes restituit et optimos milites habuit. Paulus amisso ad cannas exercitu offerente equum Lentulo quo fugeret superesse cladi q̄q̄ non per ipsum cōtrac

tæ noluit:sed i eo saxo cui se uulneratus adclinauerat p̄sedit donec ab hostibus oppressus cōfoderetur. Varro collega eius uel maiore constantia post eandem cladem uixit:gratiæq; ei a senatu et populo actæ sunt quia non desperasset remp. Non autem uitæ cupiditate sed reip. amore se supfuisse reliquo ætatis suæ tp̄e approbauit. Nam et barbā et capillum submisit. et postea nunq̄ recūbens cibum cepit: honoribꝫ q; cum ei deferrent a populo renuntiauit dicens felicioribus magistratibus reip. opus esse. Sempronius Tuditanus et Octauius tribuni militum omnibus fusis ad cannas cum in minoribus castris circunsederentur suaserunt cōmilitonibus: ut stringerent gladios et p hostiū p̄sidia erumperent secum / id sibi esse animi etiam si nemini ad erumpendum audacia fuisset / affirmantes de cūctātibus. xii. omnino equitibus uel peditibus qui cōitari substinuerant reptis incolumes canusium peruenerunt. C. Fonteius Crassus in Hispania cum tribus milibus hominum p̄datum ꝓfectus / locoq; iniquo circūuētus ab Hasdrubale ad primos tantum ordines relato consilio incipiente nocte quo tp̄e minime expectabat̄ p stationes hostium erupit. Publius decius tribunus militum bello sānitico Cornelio consule iniquis locis dep̄hēso ab hostibus / suasit ut ad occupandum collem qui in ꝓpīquo erat modicam manum mitteret / seq; ducem his qui mittebantur obtulit: auocatus in diuersa hostis emisit consulem. Decium autem cinxit / obseditq; illas quoq; angustias: nocte eruptionem cū eluctatus esset Decius incolumis cum militibus consuli accessit. Idem fecit sub Atilio Calatino consule cuius uariæ traduntur nomina. Alii Laberium nonnulli Ceditium q̄plurimi Calphurnium uocitatum scripserunt. Hic cum demissum in eam uallem uideret exercitum cuius omnia latera quæ erant supiora hostis insederat depoposcit et accepit a consule trecentos milites quos hortatus ut uirtute sua exercitum seruarent in mediam uallem decurrit ad opprimendos eos undiq; descendit hostis longoq; et aspero prælio retentus occasionem consuli ad extrahendum exercitum dedit. Cæsar aduersus Germanos et Regem Arioiustum pugnaturus confusior animis ꝓ concione dixit nullius se eo die opa nisi decimæ legionis usurum. Quo assecutus est. et ut decumani tāq̄ p̄cipuæ fortitudinis testimonio concitarentur et cæteri pudore ne penes alios gloria uirtutis esset. Lacedemonius quidā nobilis Philippo denuntiante multis se ꝓhibiturum nisi ciuitas sibi traderet: num il quit et patria mori nos ꝓhibebit. Leonidas lacedemonius cum dice

rentur p̄ſæ ſagittarum multitudine nubes eſſe facturi: fert̄ dixiſſe melius in umbra propugnabimus. Celius prætor urbanus cū ei ius dicenti Picus in capite inſediſſet: et aruſpices reſpondiſſent dimiſſa aue hoſtium uictoriam fore. necata populum Romanū ſuperiorem: auē occidit: qua occiſa noſtro exercitu uincente ipſe cum. xiiii. celiis ex eadem familia in prælio eſt occiſus. hunc quidam non Celium: ſed Lelium fuiſſe et Lelios non Celios periſſe credūt. P. Decius primo pater poſtea filius in magiſtratu ſe pro rep. deuouerunt: admiſſiſq; ī hoſtem equis adepti uictoriam patriæ contulerunt. Lucius Craſſus cū bellum aduerſus Ariſtonicum in Aſia gerens: inter eliam et mirhynā in hoſtium copias incidiſſet et inuitus abduceretur: execratus in cōſule Romano captiuitatem: uirga qua ad equū erat uſus Thraci a quo tenebatur oculum eruit: Atq; ab eo per dolorem concitato tranſuerberatus dedecus ſeruitutis ut uoluerat effugit. M. Cato Cenſorii filius in acie decedente equo prolapſus cū animaduertiſſet gladiū exiſſe uagina: ueritus ignominiam rediit in hoſtem: ex eoq; aliquot uulneribus recuperato gladio deinde reuerſus eſt ad ſuos. Petilini a Pœnis obſeſſi parentes et liberos propter inopiam eiecerūt: ipſi coriis maldefactis et igne ſiccatis foliiſq; arborum et omni genere aīalium uitā trahentes. xi. menſibus obſidionem tolerauerūt. Hiſpani Fabreſcēſes omnia eadem paſſi ſunt nec oppidum Herculeio crediderunt.

Caſilini obſidente Hannibale tantam inopiam p̄peſſi ſūt: ut cētū denariis murem ueniiſſe p̄ditum memoriæ ſit: eiuſq; uenditorem fame periiſſe: emptorem autem uixiſſe. fidem tamen ſeruare Romanis perſeuerauerunt. Cizicum cum oppugnaret Mythridates captiuos eius urbis produxit: oſtenditq; obſeſſis: arbitratus futurum ut miſeratione ſociorum compelleret ad deditionem oppidanos: at illi cohortati ad patiendam fortiter mortem captiuos ſeruare Romanis fidem p̄ſeuerauerunt. Eginenſes cum a Viathotis liberi et coniuges cederentur præoptauerunt ſpectare ſupplicia pignorum ſuorū q̄ a Romanis deficere. Numantini ne ſe dederent fame mori prefixis foribꝰ domuum ſuarum premaluerunt.

De effectu et moderatione. Ca. vi.

Vintus Fabius minucius hortante filio ut locum idoneum paucorum iactura caperet: uis ne īquit tu ex illis paucis ēē. Xenophon cum equo ueheretur et pedites iugum quodam occupare iuſſiſſet: unus ex eis obmurmurādoq; diceret facile eū

laboriosa sedentem imperare: desiluit et gregalem equo imposuit cur suq; ipse pedestri ad destinatum iugum puenit. cuius facti ruborē cū perpeti miles non posset irridentibus commilitonibus sponte descendit: Xenophontem uix uniuersi perpulerunt ut conscenderet equum et laborem suum in necessaria duci numerare uellet. Alexander cū hyeme duceret exercitum residens ad ignem recognoscere prætereūtis copias cepit. Cumq; conspexisset quēdam quoq; exinanitum frigore considere loco suo iussit/ dixitq; ei: Si in Persis natus esses in regia sella sedisse tibi capitale foret / in Macedonia nato cōceditur. Diuus Augustus Vespasianus cum quēdam adolescentem honeste natū militiæ inhabilem angustiarum rei familiaris causa eductum ad longiorē ordinē reiecisset / censu constituto honesta missione exauctorauit. Vespasianus milit

De uariis consiliis. Ca.vii.

c Aesar dicebat idem esse sibi consilium aduersus hostem: qui plerisq; medicis cōtra uicia corporum fame potius q̄ ferro superandi. Domicius corbulo dolabra id est sensu hostem uincendum esse dicebat. Paulus Imperatorem senem moribus dicebat esse oportere: significans moderatiora sequenda consilia. Scipio Aphricanus fertur dixisse cum eum parum quidā pugnatorem diceret. Imperatorem me mater non bellatorē peperit. Lucius marius Teutono prouocanti eum et postulanti ut prodiret respondit: Si cupidus mortis esset laqueo eum uitam posse finire / cumq; demonstraret ei gladiatorem contēptæ staturæ et prope exactæ ætatis obiecit ei dixitq; si eum superasset cum uictore cōgressurum. Quintus Sertorius experimento didicerat se imparem uniuerso Romanorum exercitui ut barbaros quoq; inconsulte pugnam deposcentes doceret / aductis in conspectum duobus equis quorum preualido alteri/ alteri admodum exili duos admonuit iuuenes: similiter electos robustum et gracilem: robustiori imperauit equi exilis uniuersam caudam abrūpere: gracili ualentioris per singulos pilos uellere. Cū gracili successisset quod imperatum esset: ualidissimus cum infirmi equi cauda sine effectu luctaretur/ naturam inquit Sertorius Romanarum uiriū per hoc uobis exēplum ostendi milites: insuperabiles sunt uniuersos aggredienti: eosq; lacerabit et carpet qui per partes attentauerit. Valerius leuinus consul cum intra castra sua exploratorem hostiū deprehendisset / magnā q; copiarum suarum fiduciam haberet circūduci eum iussit: terrēdiq; hostis causa exercitus suos uisendos speculatoribus eorum quotiēs uo

Imperator senex.

Marius prouocatus.

Sertorius de equo

luissent patere. Cecilius primipilaris qui in Germania post uarianā cladem obsessis nostris pro duce fuit ueritus ne barbari ligna quæ cō/gesta erant uallo admouerent et castra eius incenderent: simulata li/gnorum inopia missis undiq; qui ea furarētur effecit ut Germani uniuersos truncos amolirentur. Caius Scipio bello nauali Amphoras pice / et teda plenas in hostium classem iaculatus est: quarum iactus et pondere foret noxius / et difundendo quæ continuerant / alimentū prestarent incendio. Hannibal regi Antiocho monstrauit ut in hostium classem uascula iacularetur uiperis plena: quarum metu perterriti milites a dimicatione et nauticis ministeriis impedirentur. idem fecit iam cedente classe sua Prusias. Marcus Porcius de impetu ī classem hostium cum transiluisset deturbatis ex ea Penis/ eorumq; armis et insignibus inter suos distributis multas naues hostium / quos sociali habitu fefellerat mersit. Athenienses cum subinde a lacedemoniis infestarentur diebus festis: quos sacros mineruæ extra urbē celebrabant: omnem quidem colentium imitationem expresserunt: armis tamen ueste celatis pacto ritu suo non statim Athenas reuersi: sed protinus inde raptim acto agmine eo tempore quo minime timebantur agros hostium quibus subinde prædæ fuerant ultro depopulati sunt.

Cassius onerarias naues non magis ad alios usus accēsas oportuno uento in classem hostium misit: et incendio eam cōsumpsit. M. Liuius fuso Hasdrubale hortantibus eum quibusdam ut hostē ad internitionem ꝑsequeretur respōdit: aliqui et supersint qui de uictoria nostra hostibus nūtient. Scipio Aphricanus dicere solitus est hosti nō solum dandam esse uiam fugiendi: sed etiam muniendam. Pericles Atheniensis affirmauit incolumes futuros hostes: si deponerēt ferrū: eiusq; obsecutos conditionibus uniuersos qui in cingulis ferreas fibulas habuissent interfici iussit. Hasdrubal subiiciens dolum numidis ingressus fines eorum resistere parantibus / affirmauit ad capiendos se uenisse elephantos: quibus ferax est numidia: ut hoc permitterent securitatem poscentibus ꝓmisit: et ex ea ꝑsuasione auocatos adortus sub leges redegit. Aleta Lacedemonius / ut Thebanorum commeatum facilius ex inopinato aggrederetur in occulto paratis nauibus tā quā unā oīo haberet: turrē commeatibus in eam exercebat quodā de/inde opere omnes naues in Thebanas transnauigantes immisit et cō/meatibus eorum potitus est. Ptholomeus aduersus Perdicam exercitu præualentem ipse inualidus omne pecudū genus religatis ad ter

gum quæ traherent carpentis : agendum per paucos curauit equites. ipſe ꝓgreſſus cum copiis quas habebat eff ecit / ut puluis quem pecora excitauerant ſpeciem magni exercitus ſequentis moueret. Cuius expectatione territum fregit hoſtem. Mironides Athenienſis aduerſus Thebanos equitatu preualentes pugnaturus in campis ſuos edocuit manentibus eſſę ſpem aliquam ſalutis / cedentibus autē pernitioſiſſimum. Qua ratione confirmatis militibus uictoriam conſecutus eſt. C. Pinarius in Sicilia preſidio ennæ præpoſitus / claues portarū quas penes ſe habebat repoſcentibus Ennenſibus / ꝙ ſuſpectos eos tā q̄ tranſitionem ad penum pararent habebat / petiit unius noctis ad deliberationem ſpatium : indicataq; militibus fraude Græcorum : cū præcepiſſet ut parati poſtera die ſignum expectarent / poſtera luce aſſiſtētibus redditurum ſe claues dixit : ſic idem omnes Ennenſes occidit.

Hiphycrates dux Athenienſium claſſem ſuam hoſtili habitu īſtruxit : et ad eos quos ſuſpectos habebat inuectus cum effuſo ſtudio exciperetur deprehēſa eorum perfidia oppidum diripuit. Romani cum campanis equitibus nullo modo pares eſſent : Quintus Nauius centurio in exercitu Fuluii flacci proconſulis excogitauit : ut delectos exercitu ex toto qui uelociſſimi uidebantur et melioris ſtaturæ erāt ſpatulis non amplis et galericulis gladiiſq; ac ſeptenis ſingulos haſtis quaternorum circiter pedum armare : eoſq; adiunctos equitibus iuberet uſque ad menia prouehi : deinde ibi poſitis noſtris equitibus īcipere iter hoſtium equitatum præliari. Quo facto uehementer et ipſi campani afflicti ſunt : et maxime equi eorum / quibus turbatis prona noſtris uictoria fuit. Publius Scipio in Lidia cum die ac nocte hymbre cōtinuo uexatum exercitum Anthiochi uideret nec homines tantū aut equos deficere / uerum arcus quoq; madētibus neruis inhabiles factos exhortatus eſt ſuos / ut poſtero quāuis religioſo die committeretur præliū : quam ſententiam ſecuta uictoria eſt. Catonem uaſtantem Hiſpaniam / legati ilergetum qui ſociorum populus erat adierunt orauerunt auxilia. Ille ne aut abnegato adiutorio ſocios alienaret / aut deducto exercitu uires minueret / tertiam partem militum cibaria parare et naues aſcendere iuſſit / dato precepto ut cauſati uentos retro redirent : ꝓcedens interim aduentantis auxilii rumor ut Ilergetum excitauit animos / ita hoſtium conſilia decuſſit. Cæſar cum in partibus Pompeianis magna equitum Romanorum eſſet manus / eaq; armorum ſcientia milites conficeret : ora oculoſq; eorum gladiis peti iuſſit : et ſic (aduerſam faciem cedere coegit.

Vaccei cum a Sempronio gracchо collatis signis urgerētur uniuersas copias cinxere plaustris: quæ impleuerant fortissimis uiris muliebri ueste tectis. Sempronium tāq̄ aduersus feminas audacius ad obsidendos hostis consurgentem hi qui in plaustris erant aggressi fugauerunt. Eumenes Cardianus ex successoribus Alexandri in castello quodam clausus quia exercere equos non poterat certis quotidie horis ita suspendebat ut posterioribus pedibus innixi prioribus alleuatis dum naturalem assistendi appetunt cōsuetudinē ad sudorem undiq; crura iactarent. Marcus Cato pollicentibus barbaris duces itinerū et insuper præsidium si magna summa eis promitteretur. non dubitauit polliceri. quia aut uictoribus ex spoliis hostilibus dare licebat: aut interfectis soluebatur promissio. Quintus Crispinus post infaustā aduersus Penos dimicationem qua collegam Marcellum amiserat cū comperisset potitum anulo interfecti Hannibalem litteras circa municipia totius Italiæ dimisit: ne crederent epistolis: si quæ marcelli anulo obsignatæ perferent. Monitōne cōsecutus ut Salapia et aliæ urbes frustra hānibalis dolis tēptarentur. Post Cannensem cladem percussis ita Romanorum animis ut pars magna relliquiarum nobilissimis auctoribus deserendæ Italiæ iniret consilium: Publius Scipio adolescens admodum impetu facto in eo ipso in quo talia agitabantur cetu pronuntiauit manu se sua interfecturum: nisi qui iurasset nō esse sibi mētem destituendæ reip.. Cumq; ipse primus relligione tali se obligasset stricto gladio mortem uni ex proximis minatus nisi acciperet sacramētum. ille metuens cæteros etiam exemplo coegit ad iurandum. Volscorum castra: cum ꝓpe a uirgulis siluaq; posita essent Camillus ea omnia quæ exceptum ignē usq; in uallum perferre poterant incēdit: et sic aduersarios exuit castris. Perses bello sociali eodem modo prope cum copiis omnibus interceptus est. Metellus in Hispania castra moturus: cum in agmine milites continerent se intra castra Hermocrates: detentos eos postero die habilioribus iam suis tradidit bellūq; confecit. Melciades cum ingentem Persarū multitudinē apud Marathonem fudisset Athenienses circa gratulationem morantes compulit ut festinarent ad opem urbi ferendam quam classis Persarū petebat. Cumq; percurrissent implessentq; menia armatis Persæ rati ingētē ēē numerū Atheniēsiū et alio milite apud Marathonē pugnatū alios ꝓ muris suis opponi circūactis extēplo nauibꝰ Asiā repetierunt.

Piſiſtratus Athenienſis cum excepiſſet Megarenſium claſſem : quã illi ad eleũ noctu applicuerãt:ut operatas cereris ſacro feminas Athenienſium raperent: magnaqꝫ edita cede eorũ/ ultus eſſet ſuos / eadẽqꝫ quæ ceperat nauigia Athenienſi milite compleuit: quibuſdam matronarum habitu captiuorũ in conſpectu locatis. Qua facie decepti Megarenſes tanq̃ ſuis et cum ſucceſſu renauigãtibus effuſi inermeſqꝫ rucſus oppreſſi ſunt. Conon dux Athenienſium uicta claſſe Perſarum apud inſulam Cypron milites ſuos captiuis armis induit. et eiſdẽ barbarorum nauibus ad hoſtem nauigauit in pamphiliam apud flumen Eurimedunta. Perſæ quia et nauigia et habitum ſuperſtantiũ agnoſcerent nil cauerunt. Subito itaqꝫ oppreſſi eodem die et nauali et pedeſtri prælio uicti ſunt.

FINIS.

Impreſſum Bononiæ per Platonem de Benedictis librorum cuſſorẽ Anno . MCCCCLXXXXV . die uero decimo Iulii .



Io. Sulpitius Verulanus Petro Paulo de Comite Iuueni generoso et strenuo. S. P. D.

c Hari discipuli fidus præceptor non facile obliuiscitur Petre Paule: Durat enim mihi adhuc illa tui instituẽdi et quæcũq; ad te ornandum subministrandi solicitudo. Quare ad discendum rursus te reuoco: non Poeticen aut Historicen aut Oratoriam: ad quas tibi plurimum hæc lectio proderit: Sed ipsam Militarem disciplinam. In qua te sub peritissimi fratris tui Io. Baptistæ et monitis et auspiciis hactenus exercuisti: et iam sub Nicolao Vrsino Suanæ Comite sororio tuo auspicacius exercebis. Vt nihil igit̃ quod ad eam callendam est opus desideres: tres de ea re scriptores egregios quos nuperrime recognoui: Vegetium: Aelianum: et Frontinum simul coniunxi: et ut emendatissimi in tuas: et in aliorum manus uenirent effeci. Videbis in primo qui uerborum nouitate et castrẽsibus uerbis persæpe utitur omnẽ rei militaris scientiã ex maximis optimisq; auctoribus in perspicuam breuitatem enucleatam: quæ te excitatum solertem audentem cautumq; reddet. Alter pugnandi et acierum instruendarum sic te scientiam edocebit: ut tãtum sit tibi animorũ hæc lectio adiectura ut non dubitem quin clarissimi Patris Fratrisq; tui illius simillimi uestigia imitatus in præstantissimũ uirum sis euasurus. In tertio autem exemplorum id genus tantam copiam lectitabis ut etiam disertum in re militari sit te redditura. Vale.

FLAVII VEGETII Viri Illuſ. ad Valentianum Auguſtum Epitoma inſtitutorũ rei Militaris ex commentariis Catonis : Celſi : Traiani : Hadriani: et Frõtini liber primus .

a Ntiquis temporibus mos fuit bonarum artium ſtudia mandare litteris atq; in libros redacta offerre Principibus : quia neq; recte aliquid inchoatur:niſi poſt Deũ fauerit Imperator. Neq; quẽq̃ oportet magis uel meliora ſcire:uel plura q̃ Principem : cuius doctrina omnibus poteſt prodeſſe ſubiectis. Quod Octauium Auguſtum:ac bonos dehinc principes libenter habuiſſe frequentibus declaratur exemplis. Sic regnantium teſtimoniis creuit eloquentia:dum non culpatur audacia. Hac ego imitatione compulſus: dum cõſidero clementiam ueſtram auſibus litterarum magis ignoſcere poſſe:q̃ cæteros / tanto inferiorem me antiquis ſcriptoribus eſſe ſenſi : licet in hoc opuſculo nec uerborum concinnitas ſit neceſſaria:nec acumen ĩgenii: ſed labor diligẽs:ac fidelis. Vt ea:quæ apud diuerſos hiſtoriographos / uel armorum diſciplinam docentes diſperſa / et inuoluta celantur / ꝓ utilitate Romana proferantur in medium. De delectu igitur / atque exercitatione tyronum per quoſdam gradus:et titulos antiquam conſuetudinem conamur oſtendere / nõ / quo tibi / Imperator ĩuicte iſta uideantur incognita:ſed ut quæ ſpõte pro reip. ſalute diſponis, agnoſcas olim cuſtodiſſe Romani imperii cõditores:et in hoc paruo libello quicquid de maximis rebus:ſemperq; neceſſariis requirẽdum credis inuenias .

p Rimus liber electionem edocet iuniorum:ex quibus locis uel quales milites probandi ſint:aut quibus generibus armorum exercitus imbuendi. Secundus liber ueteris militiæ continet morẽ : ad quem pedeſtris inſtitui poſſit exercitus. Tertius liber omnium artium genera:quæ terreſtri prælio neceſſaria uidẽtur exponit. Quartus liber uniuerſas machinas : quibus uel oppugnantur ciuitates:uel defendunt̃/enarrat. Naualis quoq; belli præcepta ſubnectit.

Hæc continet liber primus .

Romanos omẽs gẽtes ſola armorũ exercitatione uiciſſe.

i N omni aũt prælio:nõ tã multitudo:et uirtus indocta: q̃ ars : et exercitiũ ſolẽt præſtare uictoriã. Nulla enim alia re uidemuſ populum Romanũ ſibi orbẽ ſubieciſſe terrarũ:niſi armorum exercitio:diſciplina caſtrorũ:atq; uſu militiæ. Quid enĩ aduerſus gal/lorum multitudinẽ paucitas Romana ualuiſſet? Quid aduerſus Ger/manorũ ꝓceritatem breuitas potuiſſet audere? Hiſpanos quidem nõ tantum numero:ſed etiam uiribus corporum noſtris præſtitiſſe:mani/feſtum eſt. Aphrorum dolis:atq; diuitiis ſemꝑ impares fuimus. Græ/corũ artibus / prudentiaq; nos uinci nemo unq̃ dubitauit. Sed aduer/

ſus omnia ꝓfuit tyronem ſolertem eligere. Ius : ut ita dixerim: armorum docere/ quotidiano exercitio laborare : quæcūq; in acie euenire præliis poſſent / omnia in campeſtri meditatione ꝑnoſcere: et quotidiano exercitio roborare/ ſeuere in deſides uidicādo. Sciētia.n. rei belli cæ dimicādi nutrit audaciā. Nemo facere metuit: quod ſe bene didiciſſe confidit. Etenim in certamine bellorū exercitata paucitas ad uictoriam ꝓmptior ē. Rudis et īdocta multitudo expoſita ſēp ad cædem.

Ex quibus Regionibus Tyrones eligendi ſint

r Erum ordo depoſcit. ut ex quibus ꝓuintiis: uel nationibus tyrones legendi ſint prima parte tractetur. Conſtat quidē in omnibus locis et ignauos / et ſtrenuos naſci. Sed tamē et gēs gētē præcedit ī bello: et plaga cæli ad robur nō tātū corporū: ſed ēt animorū plurimū ualet: quo loco ea: quæ a doctiſſimis hominibus cōprobata ſunt nō omittā. omnes nationes: quæ uicinæ ſint ſoli nimio calore ſiccatas amplius quidē ſapere: et minus habere ſanguinis dicunt. ac ꝓpterea cōſtantiā: ac fiduciam eo minus habere pugnādi: quia metuūt uulnera: qui exiguū ſanguinē ſe habere nouerint. Contra / ſeptētrionales populi remoti a ſolis ardoribus incōſultiores quidē: ſed tamē largo ſanguine redūdantes ſunt ad bella ꝓmptiſſimi. Tyrones igitur de tēperatioribus legendi ſunt plagis: quibus et ſanguinis copia ſuppetat ad uulnerū / mortiſq; contēptū: et nō poſſit deeſſe prudentia. Quare et modeſtiā ſeruat in caſtris: et nō parū ꝓdeſt ī dimicatōne / cōſiliis.

Vtrū ex agris: an ex urbibus utiliores ſint Tyrones.

ſ Equitur utrū ex agris: an de urbibus utilior Tyro ſit / requiramus: credo nunq̄ potuiſſe dubitari aptiorem armis ruſticam plebē quæ ſub diuo/ et in labore nutritur / ſolis patiens / umbræ negligens / balneariū neſcia delitiarū ignara / ſimplicis animi / paruo cōtenta/ duratis ad omniū laborū tolerantiā mēbris: cui geſtare ferrum. foſſam ducere. onus ferre conſuetudo de rure ē. Interdum tamen neceſſitas exigit ēt urbanos ad arma cōpelli: qui ubi nomen dedere militiæ/ primū laborare: decurrere portare pondus/ et ſolem puluereq; ferre condiſcant. Parco uictu utantur / et ruſtico. interdū ſub diuo. interdum ſub papilionibus cōmorentur. tūc demū ad uſum erudiantur armorū. et ſi longior expeditio emergit: in angariis plurimū detinendi ſunt. proculq; habēdi a ciuitatis illecebris: ut eo modo et corporibus eorū robur accedat: et animis. Nec inficiandū ē poſt urbē cōditā Romanos ex ciuitate ꝓfectos ſemp ad bellū. ſed tūc nullis delitiis frange

bantur. Sudorē cursu et cāpestri exercitio collectū natās iuuētus ablue bat in tybri. Idē bellator. idē agricola genera tantū mutabat armorū. Quod usq; adeo uerū ē: ut aranti Quītio cincinnato uiro optimo di ctaturā cōstet oblatā: Ex agris ergo supplēdū robur p̄cipue uidet̄ exer citus. Nescio quomodo. n. minus mortē timet: q minus delitiarum no uit in uita.

Cuius ætatis Tyrones probandi sint.

n Vnc qua ætate milites legi conueniat / exploremus. Et quidē si antiqua cōsuetudo seruanda est / incipientē pubertatem ad delectū cogendā nullus ignorat. nō enim tantū celerius: sed ēt pfectius ībuuntur: quæ discuntur a pueris: deinde militaris alacritatis / saltus / et cursus ante tentādus est: q̄ corpus ætate pigrescat. Velocitas enim est: quæ pcepto exercitio strenuū efficit bellatorem. Adolescen / tes legendi sunt: sicut ait Salustius. Nam simulac iuuentus belli patiēs erat ī castris p laborem usu militiā discebāt. Melius. n. est: ut exercita / tus iuuenis causetur ætatem nōdū aduenisse pugnādi / q̄ doleat præte riisse. Habeat etiā spatiū uniuersa discendi: Neq;. n. parua: aut leuis ars uidetur armorū siue equitem: siue peditem sagittaria uelis ībuere: siue scutatū armaturæ numeros: omnesq; gestus docere: ne locū dese / rat: ne ordines turbet: ut missile et destinato ictu / et magnis uiribus ia ciat: ut fossam ducere: sudes scienter figere norit. tractare scutum. et o bliquis ictibus uenientia tela deflectere. plagā prudēter uitare. audac / ter īferre. Huic taliter instituto aduersum quoslibet hostes in acie nō erit formido: sed uoluptas.

Qua statura Tyrones probandi sint.

p Roceritatem Tyronū ad uictoriā scio semp exactam / ita: ut se nos pedos: uel certe quinos: et denas uncias habere īter alares equites uel ī primis legionū cohortibus pbarent̄. Sed tūc erat āplior multitudo. et plures militiā sequebātur armatā. Necdū. n. ciui / lis pars florentōrem adduxerat iuuentutem. Ergo necessitas exigit nō tā staturæ rōnem habere: q̄ uiriū / et ipso Homero teste nō fallimur: qui Tideū minorem quidem corpore: sed fortiorem armis fuisse signi ficat.

Ex uultu / et positione corporis agnosci ī eligendo iq meliores possint esse tyrones.

s Ed / qui delectū acturus est / uehementer ītendat: ut ex uultu / ex oculis / ex omni cōformatione membrorū eos eligat: q īplere ualeant bellatoris officiū. Nā nō tantū in hominibus: sed etiā ī equis / et canibus uirtus multis declaratur īdiciis: sicut doctissimorū

hominū diſciplina cōprehendit:quod ēt ī apibus mātuanus auctor di
cit ēē ſeruādū. Nā duo ſunt genera. hic melior īſignis/ et ore/ Et rutilis
clarus ſquāmis. Ille horridus alter deſidia:latāq; trahens īglorius aluū.
Sit ergo adoleſcens martio operi deputādus uigilātibus oculis/ erecta
ceruice. lato pectore. humeris muſculoſis. ualentibus digitis. lōgioribꝰ
brachiis. uentre modicus. exilior cruribus. ſuris expeditus non ſupflua
carne diſtentis:ſed neruorū duritia collectis. Cū hæc ī tyrone ſigna de
prehendis:proceritatem non magnopere deſideres. Vtilius enim eſt
fortes milites eſſe / q̄ grandes.

Cuius artis Tyrones uel eligendi ſint / uel reſpuendi.

ſ Equitur:ut cuius artis uel eligendi / uel penitus reſpuendi ſint
milites / indagemus. Piſcatores. Aucupes. Dulciarios. Linteo/
nes. omneſq; :qui aliquid tractaſſe uidentur Ad geneciā gene
ra mulierū ptinens lōge arbitror pellendos a caſtris. Fabros. Ferrarios
Carpentarios, Macellarios. et Ceruorū Aprorūq; uenatores conuenit
ſociare militiæ. Et hoc eſt:in quo totius reip. ſalus uertitur:ut tyrones
nō tātū corporibus:ſed ēt animis præſtantiſſimi deligantur. Vires re/
gni / et Romani nominis fundamentū in prima delectorū examinati
one cōſiſtunt. nec leue putetur hoc officiū:aut paſſim quibuſcūq; mā
dandū:quod apud ueteres inter uaria genera uirtutū in Sertorio p̄ci
pue conſtat eſſe laudatū. Iuuentus. n. cui defenſio ꝓuinciarū:cui bel
lorū eſt cōmittenda fortuna / et genere:ſi copia ſuppetat:et moribus
debet excellere. Honeſtas. n. idoneū militē reddit. Verecundia / dū
ꝓhibet fugere / facit eſſe uictorē. Quid. n. prodeſt:ſi exerceatur igna
uus? Si pluribus ſtipendiis moretur in caſtris. Nūq̄ exercitus ꝓfecit
tēpore belli / cuius ī probādis tyronibus claudicarit elector. Et quantū
uſu:experimentiſq; cognouimus / hinc tot ab hoſtibus illatæ ſunt cla
des:dū longa pax milites negligentius:incurioſiuſq; legit:dū honeſti
ores / quiq; ciuilia ſectantur officia:dū poſſeſſoribus addicti tyrones
ꝑ gratiā aut diſſimulationē probantium tales ſociantur armis:quales
domini habere faſtidiunt. A magnis ergo uiris magna diligentia ido/
neos eligi conuenit iuniores.

Quando Tyrones ſignandi ſunt.

ſ Ed non ſtatim punctis ſignorum inſcribendus eſt Tyro
delectus. Verum ante exercitio prætentandus:ut utrum
tanto operi aptus ſit / poſſit cognoſci, et uelocitas ī illo re
q̄rēda uidet:et robur. Et utrū armorū diſciplinā ediſcere ualeat. Vtrū

habeat confidentiam militarem. Pleriq̃ .n. q̃uis non improbabiles ui deantur / tamē experimētis cōprobātur indigni. Repudiandi ergo mi nus utiles et ī locū eorū strenuissimi subrogandi sunt. In omni.n.cō/ flictu nō tā prodest multitudo: q̃ uirtus. Signatis itaq; Tyronibus per quotidiana exercitia armorū ē demonstranda doctrina . Sed huius rei usum dissimulatio longæ securitatis aboleuit. Quē inuenias: qui doce re possit: quod ipse non didicit? de historiis ergo: uel libris nobis anti qua consuetudo repetenda ē. Sed illi res gestas: et euentus tantum scri psere bellorū Ista quæ nunc quærimus: tanq̃ nota linquentes. Lacede monii quidem: et Athenienses: aliiq; græcorū in libros rettulere com / plura quæ acuta uocātur. Sed nos disciplinā militarem populi Ro. de bemus inquirere: qui ex paruis finibus īperium suū pene solis regioni bus: et mundi fine distēdit. Hæc necessitas cōpulit euolutis auctori bus / ea me in hoc opusculo fidelissime dicere: quæ Cato ille cēsorius de disciplina militari scripsit: quæ Cornelius Celsus: quæ Frontinus p̱ stringēda duxerunt: quæ paternus diligentissimus iuris militaris asser / tor in libros redegit: quæ Augusti: et Traiani: Hadrianiq; cōstitutōni bus cauta sunt. Nihil.n. mihi auctoritatis assumo: sed horum: quos su pra rettuli ea / quæ dispersa sunt: uelut in ordinem / et abbreuiatio / nes: quæ epitomata dicuntur conscribo.

Ad gradū militarē / et cursum / et saltū exercēdos Tyrones.

p Rimis ergo meditationū auspiciis tyrones militarem edocēdi sunt gradum. Nihil.n. magis in itinere: uel acie custodiendū est: q̃ ut omnes milites incedendi ordinem seruēt: quod aliter nō potest fieri: nisi ut assiduo exercitio ābulare celeriter: et æqualiter discant. Periculū.n. ab hostibus semp̱ grauissimū sustinet diuisus: et inordinatus exercitus. Militari ergo gradu. xx. milia passuū horis . v . dūtaxat æstiuis cōficienda sunt. Pleno autem gradu qui citatior ē to tidem horis. xxiiii. milia p̱agenda sunt. quicquid addideris: iā cursus ē cuius spatium non potest diffiniri. Sed ad cursum præcipue assuefaci endi sunt iuniores: ut maiore impetu in hostem currant: ut loca opor tuna celeriter cum usu uenerit occupent. uel aduersariis idem facere uolētibus præoccupēt : ut ad explorandū alacriter p̱gant. alacrius re / deāt: ut fugiētiū facilius terga cōprehendāt. Ad saltū ēt: quo uel fossæ trāsiliunt: uel īpediēs aliqua altitudo sup̱at exercēdus ē miles: ut cum

(eiusmodi diffi /

cultates euenerit:possint sine labore trāsire. Præterea i ipo cōflictu/ac dimicatione telorū bellator cū cursu saltuq; ueniens aduersarii pstrin git oculos: mentēq; deterret:priusq; plagā infligit:q̄ ille ad cauendū: uel ad resistēdū se pparatet. De exercitio magni Pompei Salustius hoc memorat:cū alacribus saltu i et uelocibus cursu:cū ualidis uecte certabat. Neq; enim ille aliter potuisset par esse Sertorio:nisi se et mi/ lites frequentibus exercitiis præparasset ad prælia.

Ad natandi usum exercendos Tyrōnes.

n Atandi usum æstiuis mensibus omnis æqualiter debet tyro cō/ discere.nō.n.pōtibus semper flumina trāseūtur. Sed et cedēs : et insequēs natare cogitur frequenter exercitus. Sæpe repētinis imbribus solēt exūdare torrētes. Et ignorātia nō solū ab hoste : sed ab ipis aquis discrimē incurrit. Ideoq; Romani ueteres:quos tot bella/ et cōtinuata pericula ad omnē rei militaris erudiuerāt artē/ Cāpū marti um uicinū tyberi delegerūt:i quo iuuētus post exercitiū armorū sudo rē / puluerēq; dilueret.ac lassitudinē:cursusq; laborē natando depone ret.nō solū autem pedites:sed et equites:ipsosq; equos:uel lixas: quos Gallearios uocāt ad natādū exercere pcōmodū ē. ne quid imperitis : quum necessitas incumbit eueniat.

Queadmodū ad scuta: uel ad palos antiqui exercebant Tyrones.

a Ntiqui / sicut inuenitur in libris hoc genere exercuere Tyro/ nes. Scuta de uimine in modū cratiū:et rotūdata texebāt ita: ut duplū pōdus cratis haberet : q̄ scutū publicū habere cōsue/ uit:iidēq; clauas ligneas duplicis æque pōderis p gladiis/ tyronibus da bāt. Eoq; modo nō tātū mane:sed ēt post meridiē exercebātur ad pa/ los. Palorū.n.usus nō solū militibus:sed ēt gladiatoribus plurimū p(dest. Nec unq̄ aut arena:aut cāpus iuictū pbauit uirū:nisi:q diligētes exercitatus docebatur ad palū. A singulis aūt tyronib9 singuli pali de figebantur in terrā/ ita ut micare nō possent et sex pedibus eminerēt. Cōtra illū palū:tāq̄ cōtra aduersarium tyro et crate illa:et claua : uel lut cum gladio se exercebat:et scuto:ut nunc quasi caput / aut faciem peteret:nunc a lateribus minaretur. Interdum contenderet poplites et crura succidere. recederet. insultaret. insiliret. et quasi presentē aduer/ sarium:sic palum omni impetu:omni bellandi arte tētaret:in qua me ditatione seruabatur illa cautella:ut ita tyro ad inferēdum uulnus in/ surgeret:ne qua parte ipe pateret ad plagam.

Nõ cæſim:ſed pũctim ferire docẽdos Tyrones.

p Ræterea non cæſim:ſed punctim ferire diſcebãt. Nã cæſim pu/gnantes nõ ſolũ facile uicere:ſed ẽt deriſere Romani. Cæſa.n. quouis ĩpetu ueniat:nõ frequẽter interficit:cũ et armis uitalia defẽdãtur:et oſſibus. At cõtra pũcta duas uncias facta:et adacta mor/talis eſt. Neceſſe ẽ.n.ut uitalia penetret:quicquid ĩmergitur. Deinde cũ cæſa infertur:brachiũ dextrũ:latuſq; nudatur. Pũcta aũt tecto cor/pore infertur et aduerſariũ ſautiat anteq̃ uideatur. Ideoq; ad dimicã/dum hoc præcipue genere uſos conſtat eſſe Romanos. Dupli autẽ põ deris illa cratis:et claua dabãtur:ut cũ uera:et leuiora Tyro arma ſũp ſiſſet:uel ut grauiore põdere liberatus ſecurior:allacriorq; pugnaret.

Armaturam docendos Tyrones.

p Ræterea illo exercitii genere:quod armaturã uocãt / et a cãpi doctoribus traditur / ĩbuendus ẽ Tyro. Qui uſus uel ex parte ſeruatur. Cõſtat enim et iã in omnibus præliis armaturã meli us pugnare:q̃ cæteros.ex quo ĩtelligi debet/q; exercitatus miles inexer citato ſit melior.cũ armatura utcũq; eruditi reliquos cõtubernales ſu/os bellandi arte præcedant. Ita aũt ſeuere apud maiores exercitii diſci plina ſeruata eſt:ut et doctores armorũ duplicib9 remunerarẽtur ãno/nis:et milites:qui parũ in illa proluſione profecerant / pro frumẽto or deum cogerentur accipere. Nec ante eis in tritico redderetur annona/ q̃ ſub preſentia prefecti tribunorũ:uel prĩcipũ experimẽtis datis oſtẽ/diſſent ſe omnia/ quæ erant in militari arte compleſſe. Nihil enim ne q; firmius neq; felicius neq; laudabilius eſt reip. in qua habundãt mi lites eruditi. Nõ enim ueſtiũ nitor uel auri / argenti / gẽmarũq; copiæ hoſtes aut ad reuerentiã noſtrã:aut ad gratiã inclinãt:ſed ſolo terrore ſubiguntur armorũ. Deinde in aliis rebus:ſicut ait Cato / ſi quid erra tũ ẽ / poteſt poſtmodũ corrigi. Præliorũ delicta emẽdationẽ nõ recipi unt. Nã pena ſtatim ſequit̃ errorẽ. Aut.n.cõfeſtim pereũt:q ignaue / ĩperiteq; pugnauerũt. Aut ĩ fugã uerſi uictorib9 ultra pares ẽẽ nõ au/dẽt.

Tyrones exercẽdos ad miſſilia iacienda.

ſ Ed ad ĩceptũ reuertor. Tyro qui cũ claua exercetur ad palum haſtilia quoq; põderis grauioris q̃ uera futura ſunt iacula ad/uerſus illum palum: tanquam aduerſus hominem iactare compellitur:in qua re armorum doctor attendit:ut magnis uiribus: et deſtinato ictu haſtile contorqueat:ut uel in palum: uel iuxta diri/

gat missile. Etenim exercitio lacertis robur accrescit. et iaculandi pe ritia atq; usus acquiritur.

Sagittis diligenter Tyrones imbuendos.

Ed prope uel tertia / uel quarta pars iuniorum: quæ aptior poterit reperiri / arcubus ligneis: sagittisq; lusoriis / ad illos ipsos semper exercenda palos. et doctores ad hanc rem artifices eligendi: et maior adhibenda solertia: ut arcum scienter teneāt: ut fortiter impleant: ut sinistra fixa sit: ut dextra cum ratione ducatur: ut ad illud: quod feriendum est oculus pariter / animusq; consentiant. ut siue in æquo / siue in terra recte sagittare doceant: quam artem et disci opus est diligenter: et quotidiano usu / exercitioq; seruari. Quantum autē utilitatis boni sagittarii in prælis habeant / Cato in libris de disciplina militari euidenter ostendit. Et Claudius pluribus iaculatoribus ante institutis atq; perdoctis hostem: cui prius impar fuerat / superauit. Aphricanus quidem Scipio / cum aduersum Numantinos: qui exercitum populi Ro. sub iugum miserant / esset acie certaturus / aliter se superiorem futurum esse non credidit: nisi in omnibus centuriis lectos sagittarios miscuisset.

Ad iactandos lapides fundis exercendos Tyrones.

D lapides uero uel manibus: uel fundis iaciendos exerceri diligenter conuenit iuniores. Fundarum usum primi baleariū insularum habitatores et inuenisse / et ita perite exercuisse dicuntur: ut matres paruos natos nullum cibū contingere sinerent: nisi quē ex fūda destinato lapide percussissent. Sæpe enim aduersus bellatores cassidibus catafractis loricisq; munitos teretes lapides de funda uel fustibalo destinati sagittis sunt omnibus grauiores / et membris itegris: letale tamen uulnus important: ut sine inuidia sanguinis hostis lapidis ictu intereat. In omnibus autem ueterum præliis funditores militasse nullus ignorat: quæ res ideo ab uniuersis tyronibus freque̅ti exercitio discenda est: quia fundam portare nullus est labor. et interdum euenit: ut in lapidosis locis conflictus habeatur: ut mons sit aliquis defendēdus aut collis ut ab oppugnatione castellorū siue ciuitatū lapidibus barbari: fundisq; depellendi sint.

De exercitio plumbatarum.

Lūbatarū quoq; exercitatio: quas martiobarbulos uocāt / ē tradēda iuniorib9. Nā i illyrico dudū duæ legiones fuerūt: quæ sena milia militū habuerūt / quæ ꝙ his telis scie̅ter utebāt / et fortiter martiobarbuli uocabāt. His lōgo t̄pe ꝑ legiōes strenuissime cōstat oia bel

la confecta uſq; eo:ut Dioclitianus:et Maximianus:cum ad imperiũ peruenisſent / pro merito uirtutis hos martiobarbulos iouiarios atq; herculianos cenſuerint appellandos. Eoſq; cunctis legionibus prætu / liſſe doceantur. quinos autem martiobarbulos inſertos ſcutis portare conſueuerunt:quos ſi oportune milites iacerent prope ſagittariorum ſcutati mutuari uidentur officium. Nam hoſtes :equoſq; conſauciant priuſ q̃ nõ mõ manu ad manũ:ſed ad ictũ miſſiliũ potuerit pueniri.

Queãdmodũ ad aſcẽdẽdos equos Tyrones exercẽdi ſunt.

n On tantum a tyronibus:ſed etiam a ſtipendioſis militibus ſali/ tio equorum diſtricte eſt ſemper exacta / et uſq; ad hãc ætatẽ : licet iam cum diſſimulatione perueniſſe manifeſtũ eſt. Equi lignei hyeme ſub tecto:æſtate ponebantur in campo. Super hos iunio res primo inermes:dum conſuetudine proficerẽt:Demum armati co/ gebantur aſcendere, tantaq; cura erat ut non ſolum a dextris: ſed etiã a ſiniſtris partibus et inſilire / et deſilire diſcerent:euaginatos etiã gla dios:uel contos tenentes. Hæc enim aſſidua meditatione faciebant:ut melius in tumultu prælii ſine mora aſcẽderent: qui tam ſtudioſiſſime exercebantur in pace.

Ad portãdũ põdus exercẽdos Tyrones.

p Ondus quoq; baiulare uſq; ad .lx. libras / et iter facere gradu militari frequentiſſime cogendi ſunt iuniores:quibus in ardu is expeditionibus neceſſitas imminet annonam pariter / et ar / ma portãdi. Nec hoc credatur eſſe difficile ſi uſus acceſſerit. Nihil .n. eſt:quod non aſſidua meditatio facillimum reddat. Quam rem anti quos milites factitauiſſe Virgilio ipſo teſte cognoſci poteſt:qui ait.

Non ſecus ac patriis acer romanus in armis :
Iniuſto ſub faſce uiam cum carpit / et hoſti
Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.

Quo armorum genere uſi ſint antiqui.

l Ocus exigit:ut quo armorum genere inſtruendi:uel munien/ di ſint tyrones referre tẽtemus. Sed ĩ hac parte ãtiqua penitus conſuetudo deleta eſt. Nam licet exemplo Gothorum: et Ala norum / Hunnorumq; equitum arma profecerint:pedites tamen con ſtat eſſe nudatos. Ab urbe enim condita uſq; ad tempus diui Gratiani et Catafractis : et Galeis muniebatur pedeſtris exercitus. Sed cũ cam/ peſtris exercitatio interueniente negligẽtia:deſidiaq; ceſſaret / grauia uideri arma cœperunt:quæ raro milites induebant. Itaq; ab imperato

re postulabãt primo catafractas. deinde cassides deponere. sic detectis pectoribus: et capitibus congressi cõtra Gothos milites nostri multitudine sagittariorum sæpe deleti sunt. nec post tot clades: quæ usq; ad tantarum urbium excidia peruenerunt cuiq̃ curæ fuit uel Catafractas uel Galeas pedestrib9 reddere. ita fit: ut non de pugna: sed de fuga cogitent. qui in acie nudi exponuntur ad uulnera. Quid enim pedes sagittarius sine Catafracta: sine Galea faciet: qui cũ arcu scutum tenere non potest? Quid ipsi Draconarii. atq; signiferi: qui sinistra manu hastas gubernant / in prælio facient? quorũ et capita nuda cõstant et corpora. Sed grauis pediti lorica uidetur / et galea fortasse raro meditãti: et arma tractanti. Cæterum quotidianus usus nõ laborat etiam si onerosa gestauerit: sed illi: qui laborem in portandis ueteribus munimentis armorum / ferre non possunt detectis capitibus / et uulnera sustinere coguntur / et mortes. Et quod est grauius / est et turpius: aut capi / aut certe fugere / et remp. perdere: sic dum exercitum / laboremq; declinant cum maximo dedecore trucidantur / ut pecudes. Vnde enim apud antiquos Murus non dicebatur pedestris exercitus: nisi quando pilate legiones: præter scuta / et catafractis: galeisq; fulgebãt: usq; eo: ut sagittarii sinistra brachia manicis munirentur / pedites scutati præter catafractas. et galeas: etiam ferreas ocreas in dextris cruribus cogerentur accipere. Sic erant muniti illi: qui in prima acie pugnantes principes: in secunda hastati: in tertia triarii uocabãtur. Sed triarii genib9 flexis solebant intra scuta subsidere: ne stantes uulnerarentur uenientibus telis. et cum necessitas postulasset / tanq̃ requieti / uehementius inuaderent hostes: quibus constat sæpe factam esse uictoriam: cum astati illi / et qui priores: steterant interiissent. Erant tamen apud ueteres interpedites: qui dicebantur leuis armaturæ funditores: et ferentarii: q̃ præcipue in cornibus locabantur: et a quibus pugnãdi sumebãt exordium. Sed ii / et uelocissimi / et exercitatissimi legebãtur. Nec erãt admodum multi: quia cedentes: si prælii necessitas cõpulisset / inter principia legionum recipi solebant ita: ut acies immota consisteret / usque ad presentem prope ætatem consuetudo permansit: ut omnes milites pileis: quos pannonicos uocabant / ex pellibus uterentur. quod propterea seruabatur: ne grauis galea uideretur in prælio homini: qui gestabat aliquid semper in capite. Missilia autem: quibus utebatur pedestris exercitus pila uocabantur / ferro subtili trigono præfixa / nouẽ unciarum siue pedali: quæ in scuto fixa nõ possint abscindi. et loricã

Gothi victores.

Murus armator

Manica

Principes · Hastati · Triarii ·

Pilei in bello

Pila

ſcienter / ac fortiter directa facile perrumpunt: cuius generis apud nos iam rara ſunt: barbari autē ſcutati pedites his præcipue utuntur / quas bebras uocant, et binas etiam: ac ternas in prælíis portant. Sciendū præterea ꝙ cum miſſilibus agitur ſiniſtros pedes in ante milites habere debere. Ita. n. uibrandis ſpiculis uehementior ictus eſt. Sed cum ad pylam: ut appellant / uenitur: et manu ad manū gladio pugnatur: tūc dextros pedes ī ante milites habere debēt: ut et latera eorū ſubducant ab hoſtibus: ne poſſint uulnus accipere et proximior dextera ſit: quæ plagam poſſit inferre. Inſtruendos igitur: ac protegēdos omni arte pugnandi et quocūq; armorū genere conſtat eſſe tyrones. Neceſſe ē. n. ut dimicandi acriorem ſumat audaciam: qui munito capite: uel pectore non timet uulnus.

De munitione Caſtrorum.

c Aſtrorum quoq; munitionē debet tyro condiſcere. Nihil. n. tā ſalutare: neq; tam neceſſariū inuenitur in bello. Quippe ſi recte conſtituta ſunt caſtra / ita intra uallum ſecuri milites dies: noctesq; peragunt / ēt ſi hoſtis obſideat quaſi muratā ciuitatem uideātur ſecum ubiq; portare. Sed huius rei ſcientia ꝓrſus intercidit. Nemo. n. iamdiu deductis foſſis: prefixiſq; ſudibus caſtra conſtituit. Sic diurno: uel nocturno ſupuentu equitum barbarorū multos exercitus ſcimus frequenter afflictos. Non ſolum autē cōfidentes ſine caſtris iſta patiuntur: ſed cū in acie caſu aliquo cœperint cedere munimenta caſtrorum: quo ſe recipiant / non habent / et more animalium multi cadūt, nec prius moriēdi finis fit: ꝗ hoſtibus uolūtas fuerit ꝓſequēdi.

In quibus locis conſtituenda ſint caſtra.

c Aſtra autē / præſertim hoſte uicino tuto ſemꝑ facienda ſunt loco: ubi et lignorū: et pabuli: et aquæ ſuppetat copia. Et ſi diutius commorandū ſit: loci ſalubritas eligetur. Cauendū etiā ne mons ſit uicinus altior: qui aduerſariis captus poſſit officere. Conſiderandū ēt ne torrētibus inundari cōſueuerit campus et hoc caſu uim patiatur exercitus. Pro numero aūt militū: uel īpedimētorū muniēda ſunt caſtra: ne maior multitudo conſtipetur in paruis: neue paucitas ī latioribus ultra ꝗ oporteat cogatur extendi.

Quali ſpecie deſignanda ſunt caſtra.

i Nterdum autem quadrata: interdum trigona: interdum ſemirotunda: prout loci qualitas: aut neceſſitas poſtulauerit caſtra facienda ſunt. Porta autem: quæ appellatur prætoria aut oriē

tem ſpectare debet:aut illũ locum:qui ad hoſtes reſpiciet. Aut ſi iter agitur / illam partem debet attendere:ad quã ẽ profecturus exercitus: intra quã primæ cẽturiæ:hoc eſt cohortes papiliones tendunt / et dracones:et ſigna conſtituũt. Decumana autẽ porta: quæ appellat̃ poſt prætoriam ẽ:per quam delinquentes milites educuntur ad pœnam.

Quo genere munienda ſint caſtra.

c Aſtrorum autem diuerſa:triplexq; munitio eſt. Nam ſi nimia neceſſitas nõ premit / ceſpites circũcidũtur e terra. et ex his / uelut murus inſtruitur altus tribus pedibꝰ ſuper terrã ita:ut i ante ſit foſſa:de qua leuati ſint ceſpites. deĩde tumultuaria foſſa ſit lata pedes nouem / et alta pedes ſeptẽ. Sed ubi uis acrior ĩminet hoſtiũ / tũc latiſſima foſſa ambitũ conuenit munire caſtrorum / ita ut ſit lata. xii. pedes:alta ſit ſub linea ſicut appellant pedes nouem. ſupra autẽ ſepibus hic ĩde factis / quæ de foſſa egeſta fuerit / terra congeritur. et creſcit in aluũ. iiii. pedes. ſic fit:ut ſit. xiii. alta / et. xii. lata:ſupra quã ſudes de lignis fortiſſimis:quas milites portare cõſueuerant / ꝓfigũtur:ad quod opus ligones. raſtra. qualos. aliaq; utenſiliũ genera habere conuenit ſemper in promptu.

Queadmodũ munienda ſunt caſtra cũ hoſtis ĩmineat.

ſ Ed facile eſt abſentibus aduerſariis caſtra munire. Verũ ſi hoſtis incumbat:tunc omnes equites:et media pars peditũ ad ꝓpulſandum hoſtium impetũ ordinantur in acie. Reliqui poſt ipſos ductis foſſis muniunt caſtra. et ꝑ præconem indicatur quæ cẽturia prima. quæ ſecunda. quæ tertia omne opus cõpleuerit. Poſt hæc a centurionibus foſſa inſpicitur ac menſuratur:et uindicatur in eos: q negligentius fuerint operati. Ad hunc ergo uſum conſtituendus eſt tyro:ut cum neceſſitas poſtulauerit / ſine ꝑturbatione celeriter poſſit caſtra munire.

Quemadmodũ exerceantur Tyrones: ut ĩ acie ordines / et ĩterualla cuſtodiãt.

a C nihil magis ꝓdeſſe conſtat in pugna:q̃ ut aſſiduo exercitio milites in acie diſpoſitos ordines ſeruẽt. Nec ultra magis / q̃ expedit / conglobent agmen:aut laxent. Nã etiam conſtipati ꝑdunt ſpacia pugnandi. et ſibi inuicẽ ĩpedimento ſunt. et rariores:atq; interlucentes aditus ꝓrumpendi hoſtibus præſtant. Neceſſe ẽ aũt ſtatim metu uniuerſa confundi:ſi intercisa acie ad dimicandum ĩ terga hoſtis acceſſerit. Producendi ergo tyrones ſunt ſemper ad campũ: et

fecūdum matriculæ ordinem in acie dirigendi / ita ut primo fimplex extenfa fit acies:ne quos finus:ne quas habeat curuaturas : ut æquali legitimoq; fpatio miles diftet a milite . tunc præcipiēdū:ut fubito duplicent aciem ita:ut in ipfo impetu:ad quem ipfi refpondere folent / ordo feruetur. Tertio præcipiendum eft:ut quadratā aciē repente cōftituant:quo facto in trigonum:quē cuneum uocant acies ipfa mutāda eft: Quæ ordinatio plurimū ꝓdeffe confueuit in bello. Iubetur ēt ut inftruant orbem:quo genere cum uis hoftium interrupit aciem / refifti ab exercitatis militibus cōfueuit:ne omnis multitudo fundatur in fugam:et graue difcrimen immineat. Hoc fi iuniores affidua meditatione ꝑceperint / facilius in ipfa dimicatione feruabunt.

Quātum fpatiū ire debeant: et quotiens in mēfe exerceri quū educūtur milites ābulatū.

PRæterea uetus confuetudo ꝑmanfit. et diui Augufti:atq; Hadriani conftitutionibus præcauetur:ut in menfe tā equites: q̄ pedites educātur ambulatū. Hoc.n.uerbo hoc exercitii genus nominant. et decē milia paffuū armati:inftructiq; omnibus telis pedites militari gradu ire:ac redire iubebant in caftra ita / ut aliquā itineris partem curfu alacriore conficerēt. Equites quoq; diuifi ꝑ turmas : armatiq; fimiliter tantū itineris ꝑagebant:ita ut ad equeftrem meditationem interdū fequerentur:interdum cederent: et recurfu quodā impetus repararent. Non folum autem in campis:fed etiam in cliuofis et arduis locis et defcendere:et afcendere utraq; acies cogebat:ut nulla res uel cafus ꝓrfus pugnantibus poffet accidere:quā non ante boni milites affidua exercitatione didiciffent.

De adoratione rei militaris Romanæq; uirtutis .

HAec fidei:ac deuotionis intuitu imperator inuicte de uniuerfis auctoribus:qui rei militaris difciplinam litteris mādauerūt / in hunc libellum enucleata congeffi: ut in delectu:ac exercitatione tyronum fi quis diligēs uelit exiftere ad antiquæ uirtutis inuitationem facile corroborare poffit exercitum. Neq; enim degenerauit ī hoībus martius calor. nec effœtæ funt terræ:quæ lacedemonios : quæ Athenienfes:quæ Marfos:quæ Sānites:quæ Pelignos:quæ ipfos progenuere Romanos. Nonne Epyri armis plurimū aliquādo ualuerūt? Nonne Macedones:ac Theffali fuperatis Perfis ufq; ad Indiam bellando penetrarunt? Dacos autem / ac Moefos:ac Traces in tantū bellicofos femper fuiffe manifeftum eft:ut ipfum Martē fabulofe apud

eos natum esse confirment. Longum est: si uniuersarum prouinciarū uires enumerare contendam: cum omnes in Romani Imperii ditione consistant. sed longe securitas pacis homines partim ad delectationē ocii: partim ad ciuilia traduxit officia. Ita cura exercitii militaris pri/mo neglige̅tius agi / postea dissimulari ad postremū olim i obliuionē ꝑducta cognoscitur. nec aliquis hoc superiore ætate accidisse miretur: cum post primū punicum bellum. xx. ex cursu annorū pax ita Romanos illos ubiq; uictores ocio / et armorū desuetudine eneruauit: ut secundo punico bello Hannibali pares esse non possent. Tot itaq; consulibus. tot ducibus. tot exercitibus amissis. Tūc demū ad uictoriam ꝑuenerunt: cum usum: exercitiūq; militare condiscere potuerunt. Sēper ergo eligendi / et exercendi sunt iuniores. Vtilius. n. constat erudire armis suos: q̃ alienos mercede conducere. Finis.

Vegetii Rhenati epithomatis de re militari liber secundus.

i Nstituta maiorum artis armatæ præcipue clementiam uestram / peritissimeq; retinere continuis declaratur uictoriis: ac triumphis. siquidē indubitata approbatio artis sit rerum semꝑ effectus. Verum tranquilitas tua impator inuicte altiori consilio: q̃ mens poterat terrena concipere ex libris antiqua desiderat: cū ipsam antiquitatē factis recentibus antecedat. Cū igitur hæc litteris breuiter cōprehendere Maiestati uestræ non tam discenda: q̃ cognoscenda præciperet / certauit sæpius deuotio cū pudore. Quid. n. audacius: q̃ domino: ac pricipi generis humani domitori omniū gentium barbararū de usu: ac disciplina insinuare bellorum: nisi forte iussisses fieri: quod ipse gessisses. et rursum tanti imperatoris non obedire mandatis plenum sacrilegii uidebatur: atq; periculi. Miro itaq; timore in parendo audax factus sum: dum metuo uideri audacior: si negassem: ad quam temeritatē præcedens me indulgētiæ uestræ penitas animauit. Nam libellum de delectu: atq; exercitio tyronum dudum tanq̃ famulus obtuli. nō tamen culpatus abscessi. nec formido iussum aggredi opus: qđ spontaneum cessit impune.

Hæc continet secundus liber.

In quot genera diuidatur res militaris.
Quid inter legiones: et auxilia intersit.
Quæ causa exhauriri fecerit legiones.

In quot genera diuidatur res militaris.

Militaris rei partes. r Es igitur militaris sicut latinorū egregius auctor carminis sui testatur exordio: armis constat et uiribus. Hæc in tres diuidit partes. Equites. Pedites. Classes. Equitum alii alares dicuntur abeo: ꝙ ad similitudinem alarum ab utraq; parte protegant acies: quæ nunc uexilationes uocantur a uelo: quia uelis: hoc est flammulis utuntur. Est aliud genus equitum: qui legionarii uocātur: propterea quidem: ꝙ connexi sunt legioni: ad quorum exemplum sunt equi tes instituti. Classium item duo genera. Vnum liburnarum. aliud lu soriarū. Equitibus campi. Classibus maria: uel flumina. peditibus col les. urbes. plana. et arbusta seruantur. Ex quo intelligitur magis reip. necessarios pedites: qui possūt ubique prodesse. et maior numerus pel

ditum / sumptu et expensa minore nutritur. Exercitus ex re ipsa: atq; opere exercitii nomen accœpit: ut ei nunq̃ liceret obliuisci: quod uo / cabatur. Verum ipsi pedites in duas diuisi sunt partes. Hoc est ĩ legi / ones: et auxilia. Auxilia a sociis / uel fœderatis gentibus mittebãtur. Romana autem uirtus præcipue in legionum ordinatione præpollet. Legio autem ab eligendo appellata est: quod uocabulum eorum defi derat fidem: atq; diligentiam: quibus milites probantur. In auxiliis mi nor. In legionibus lõge amplior consueuit militum numerus ascribi.

Quid inter legiones et auxilia intersit.

d Eniq; Macedones. Græci. Dardani phalanges habuerunt: ut in una phalange armatorũ octo milia censerentur. Galli: atq; Celtiberi: plure sq; barbaricæ nationes cateruis utebantur ĩ præ lio: in quibus erant sena milia armatorum. Romani legiones habẽt: in quibus singulis sena milia: interdum amplius militare consueue / runt. Quid autem inter legiones: et auxilia uideatur interesse expe diam. Auxiliatores conducuntur ad prælium ex diuersis locis / ex di / uersis muneribus uenientes. nec disciplina inter se: nec notitia: nec af / fectione consentiunt. Alia instituta. alius inter eos est usus armorum. Necesse est autem tardius ad uictoriam peruenire: qui discrepant ãte q̃ dimicent. Deniq; cum in expeditionibus plurimum prosit omnes milites unius præcepti significatione conuerti: non possunt æqualiter iussa complere. Qui ante pariter non fuerunt: tamen hæc ipsa si solẽ / nibus: diuersisq; exercitiis prope quotidie roborentur / non medio / criter iuuãt. Nam legionibus semper auxilia: tanq̃ leuis armatura in acie iungebãt: ut in his præliandi magis adminiculum esset: q̃ princi pale subsidium. Legio autem propriis cohortibus plena: cum grauẽ armaturam: hoc est principes hastarios triarios ante signarios. Item le uem armaturam: hoc est ferentarios. sagittarios. funditores. balistari os: cum proprios: et sibi impositos equites legionarios iisdem matri / culis teneat cum uno animo pariq; consensu castra muniat. aciem in / struat. prælium gerat ex omni parte pfecta / nulloq; extrinsecus indi / gens adiumento / q̃tãlibet hostium multitudinem superare consue / uerat. documentum est magnitudo Romana: quæ semper cum legio / nibus dimicans tantum hostium uicit q̃tum uel ipsa uoluit: uel rerum natura permisit.

Quæ causa exhauriri fecerit legiones.

l Egionum nomen in exercitu permanet hodie: sed p negligēti am superiorū temporum robur infractū est. Nam cum uirtutis præmia occuparet ambitio: et per gratiam pmouerentur mili tes: qui pmoueri consueuerant per laborem. Deinde contubernalibꝫ completis stipendiis per testimoniales ex more dimissis non sunt alii substituti. Præterea necesse est morbo aliquātos debilitari: atqꝫ dimit ti. aliquantos militiam deserere: uel diuersis casibus interire: ut nisi an nis singulis immo singulis pene mensibus in recedentium locum iu niorum turba succedat: quāuis copiosus exhauriatur exercitus. Est et alia causa cur attenuatæ sint legiones. Magnus in illis labor ē mili tandi. grauiora arma. sera munera. seuerior disciplina. Quod uitātes pleriqꝫ in auxiliis sæpe festinant militiæ sacramenta pcipere: ubi et mi nor sudor: et maiora sunt præmia. Cato ille maior cū et armis inuic tus esset. fertur sæpe dixisse: qꝫ plus se reip. crederet pfuturum: si disci plinā militarem conferret in litteras. Nā unius ætatis sunt res: quæ for titer fiunt. Quæ uero pro utilitate reip. scribuntur: æterna sunt. Idem fecerunt alii cōplures. sed præcipue Frontinus scribens diuo Traiano ob eiusmodi cōprobatur industriam. Horum instituta, horū præcep ta q̄tum ualebo strictim: fideliterqꝫ signabo. Nam: cum easdem expē sas faciat et diligenter et negligenter exercitus ordinatus non solū p̄ sentibus: sed ēt futuris sæculis pficiet: si puisione maiestatis tuæ Impe rator Auguste et fortissima dispositio reparetur armorū, et emendet dissimulatio præcedentium.

Quotenas legiones antiqui ad bellum duxerunt.

i N omnibus auctoribus inuenitur singulos consules aduersus hostes copiosissimos nō amplius: q̄ binas duxisse legiones: ad ditis auxiliis sociorū: tanta in illis erat exercitatio. tanta fidu cia: ut cui uis bello duæ crederentur posse sufficere. Quapropter ordi natione legionis antiquæ secundum normā militaris iuris exponam: quæ descriptio si obscurior: aut impolitior uidebitur: nō mihi: sed dif ficultati ipsius rei cōuenit imputari. Attento itaqꝫ animo sæpius rele genda sunt: ut memoria: intelligentiaqꝫ ualeant comprehendi. Neces se est enim inuictam esse remp. cuius imperator militari arte pcœpta, q̄tos uoluerit faciat exercitus bellicosos.

Queadmodum legio constituenda sit.

d Iligēter igit lectis iunioribꝫ corporibꝫ animisqꝫ p̄stātibus: addi ditis etiam exercitiis quotidianis quatuor uel eo āplius mēsiū:

iuſſu auſpiciiſq; inuictiſſimi pricipis legio formatur. Nam uicturis in
cute punctis milites ſcripti et matriculis inſerti iurare ſolēt. et ideo mi
litiæ ſacramenta dicuntur. Iurant aūt p deum Chriſtum / et ſanctum
ſpiritū / et per ma ieſtatē imperatoris: quæ ſecundū deum generi hu /
mano diligenda eſt / et colenda. Nam quom īperator Auguſti nomē
accepit / tanq̄ preſenti et corporali deo fidelis ē præſtanda deuotio: et
impēdendus puigil famulatus. Deo. n. uel priuatus: uel militans ſer /
uit: qum fideliter eum diligit: qui deo regnat auctore. Iurant autē mi
lites omnia ſe ſtrenue facturos: quæ præceperit imperator. nūq̄ deſer /
turos militiam. nec mortē recuſaturos pro Romana rep.

Quot cohortes ſunt in una legione.
Itē quot milites in una cohorte.

Ciendum eſt aūt in una legione decem cohortes eſſe debere. Sed prima cohors reliquas et numero militū / et dignitate præ
cedit. Nam genere: atq; inſtitutione litterarum uiros electiſſi /
mos quærit. Hæc. n. ſuſcipit aquilam: quod præcipuū ſignum in Ro
mano eſt ſemper exercitu / et totius legionis inſigne. Hoc imagines īſ
peratorū. Hoc ēt diuina: et principalia ſigna uenerātur. Habet pedites
mille centum quinq;. Equites loricatos. cxxxii. Et appellatur cohors
Miliaria quæ caput eſt totius legionis: ab hac cū pugnādum ē / prima
acies incipit ordinari. Secunda cohors habet pedites. d. lv. Equites
loricatos. lxvi. et appellatᷣ cohors quīquagenaria. Tertia cohors ſimi
liter habet pedites. d. lv. Equites. lxvi. Sed in hac tertia ualidiores pba
ri moris ē: quia in media acie conſiſtit. Cohors quarta habet pedites.
dc. Equites. lxvi. Cohors quinta habet totidē. ſed ſtrenuos deſiderat
milites: quia ſicut prima in dextro: ita quinta in ſiniſtro ponitur cor /
nu. Hæ quinq; cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors hēt
pedites. d. lv. Equites. lxvi. In ipſa quoq; enucleati aſcribendi ſunt iu /
niores: quia in ſecunda acie poſt aquilam / et imagines cohors ſexta
conſiſtit. Cohors ſeptima habet pedites. d. lv. Equites. lvi. Sed et ipſa
animoſos deſiderat uiros: quia in ſecunda acie conſiſtit media. Octa /
ua totidem animoſos uiros. Nona totidē. Cohors decima habet pedi /
tes. d. lv. Equites. lvi. Et ipſos bonos cōſueuit accipere bellatores: quia
in ſecunda acie ſiniſtrum poſſidet cornu. His decem cohortibus le /
gio plena fundatur: quæ habet peditum ſex milia. Equites. dccxxxii.
Minor itaq; numerus armatorū in una legione eſſe nō debet. Maior
aūt īterdū ēē cōſueuit. Si nō tātū unā cohortem: ſed ēt alias Miliarias
fuerit iuſſa ſuſcipere.

Nomina et gradus principiorum.

a Ntiqua ordinatione legionis exposita: principalium militum / et ut proprio uerbo utar principiorū nomina: h̃c dignitates se cundū presentes matriculas indicabo. Tribunus maior per epistolam sacrā imperatoris iudicio destinatur. Minor Tribunus prouenit ex la bore. Tribunus autē uocatur a tribu: tribuendoq; iure. preest. n. mili tibus: quos ex tribu primus Romulus legit. Ordinarii dicūtur: qui in prælio præsunt: et primos ordines ducunt. Augustales appellantur: q ab Augusto ordinariis iuncti sunt. Flauiales itē tanq̃ secundum augu stales a diuo Vespasiano sunt legionibus additi. Aquiliferi: qui aqui/ lam ferunt. Imaginarii uel imaginiferi qui imagines imperatoris por tant. Optiones ab optando appellati / ꝙ antecedentibus ægritudine præpeditis ii tāq̃ adoptati eorum: atq; uicarii solent uniuersa curare. Signiferi: qui signa portant: quos nunc draconarios uocant. Tesse rarii: qui tesseram ꝑ contubernia militū nuntiant. Tessera aūt dicit̃ præceptū ducis: quo uel ad aliquod opus: uel bellum mouetur exerci / tus. Campigeni / hoc est antesignarii ideo sic nominati sunt: quia eo/ rum opera: atq; uirtute exercitii genus crescit in campo. Metatores: q p̃cedentes locū eligūt castris. Beneficiarii ab eo appellati / ꝙ promo uentur beneficio tribunorū. Librarii ab eo appellantur / ꝙ in libros referant rationes ad milites pertinētes. Tubicines. Cornicines. et Buc cinatores: qui tuba: uel æreo cornu / uel buccina cōmittere solent præ lium. Armaturæ duplares: quæ binas consecuntur ānonas. Simplares: quæ singulas. Mensores / qui in castris ad podismū demetiūtur loca: in quibus tentoria milites figant. uel hospitia in ciuitatibus prestāt. Torquati simplares. Torquati duplares: quibus torquis aureus soli / dus uirtutis præmium fuit: quē qui meruisset p̃ter laudem interdū du plas consequebatur annonas. Duplares duas. Simplares unam semꝑ consequebantur annonā. Candidati hi sunt milites prīcipales: qui pri uilegiis muniuntur. Reliqui Munifices appellātur: quia propter mu/ nera facere militiam coguntur.

Nomina eorū: qui antiquos ordines ducebant.

u Etus tamē cōsuetudo tenuit: ut ex primo prīcipe legionis pro moueretur centurio primi pyli: qui nō solū aqlæ p̃erat: uerū ēt quatuor cēturias: hoc ē. cccc. milites gubernabat ī prima acie. hic tāq̃ caput totius legiōis merita cōsequebat̃ et cōmoda. Itē primus hastatus duas cēturias id ē. cc. hoīes ducebat ī acie secūda / quē nūc du

(cenariū uo/

cant. Princeps aũt primæ cohortis centuriam et semis: hoc est.cl.homines gubernabat: ad quẽ ĩ legione ꝓpe omnia: quæ ordinãda sunt ꝛ pertinent. Item secundus hastatus centuriam et semis id est.cl hoĩes gubernabat. Manus prior centum hoĩes gubernabat. Sic .x. centuriæ cohortis primæ a quinq; ordinariis regebantur: quibus magnæ utilitates: et magnus honor ẽ a ueteribus constitutus: ut cæteri milites ex tota legione omni labore ac deuotione contenderent ad tanta præmia peruenire. Erant ẽt centuriones: qui singulas curabant centurias: qui nunc centenarii noĩantur. Erant decani: qui decem militibus præpositi nunc caput contubernii uocantur. Secunda cohors habebat centuriones quĩq;. similiter tertia. Quarta usq; ad decimam cohortẽ. In tota aũt legione erant centuriones quinquagintaquinq;.

De officio Præfecti Legionis.

s Ed legati imperatoris ex consularibus ad exercitus mittebantur: quibus legiones: et auxilia uniuersa obtemperabant in ordinatione pacis uel necessitate bellorũ. In quorũ loco nũc illustres uiros constat magistros militũ substitutos: a quibus nõ tantũ binæ legiones: sed ẽt plures numero gubernantur.. Proprius aũt iudex erat præfectus legionis habens cõmunem primi ordinis dignitatẽ: qui absente legato tãq̃ uicarius ipsius potestatem maximã retinebat. Tribuni: uel centuriones: cæteriq; milites eius præcepta seruabant. Vigiliarum: siue ꝓfectionis tessera ab eodem petebatur. Si miles crimen aliquod admisisset auctoritate præfecti legionis a tribuno deputabatur ad pœnam: Arma omniũ militum. Itẽ uestes. equi. annona ad curam ipsius pertinebant. Disciplinæ ius et seueritas exercitus non solum peditum: sed ẽt equitũ legionariorũ præcepto eius quotidie curabatur. Ipse autem custos diligens: et sobrius legionẽ sibi creditam assiduis operibus ad omnem deuotionem deformabat et industriam sciẽs ad præfecti laudem subiectorum redundare uirtutem.

De officio Præfecti castrorum.

e Rat ẽt castrorũ præfectus: licet ĩferior dignitate occupatus tamen nõ mediocribus causis: ad quẽ castrorũ positio ualli: et fossæ destinatio ꝑtinebat: tabernacula uel casæ militũ cũ ĩpedimentis omnibus nutu ipsius curabantur. Præterea ægri cõtubernales: et medici: a quibus curabantur expensæ ẽt ad eius ĩdustriã ꝑtinebãt. Vehicula. sagittarii. necnõ ẽt ferramẽta: qbꝰ materies secat̃: uel cedit̃: (qbusq; aperiuntur fossæ

circa ſitum ualli.et aquæ ductus.Item ligna / uel ſtramina / arietes / o nagri / baliſtæ : cæteraq; genera tormentorum ne deeſſent aliquando procurabat. Hic poſt lõgam probatamq; militiam peritiſſimus omni um legebatur: ut recte doceret alios: quod ipſe cum laude feciſſet.

Inagri

De officio Præfecti fabrorum.

Præfectus fabrorum

h Abet præterea legio fabros. Tignarios. Inſtructores. Carpẽtarios. Ferrarios. Pictores. Reliquoſq; artifices ad hybernorum ædificia fabricanda: ad machinas: turreſq; ligneas: cæteraq; : q bus uel oppugnantur aduerſariorum ciuitates: uel defenduntur pro priæ. præparatos. etiã qui arma. uehicula. cæteraq; genera tormẽtorũ uel noua facerent: uel quaſſata repararent. Habebant fabricas ſcutarias. loricarias. arcuarias. in quibus ſagittæ / miſſilia / caſſides / omniaq; armorum genera formabantur. Hæc. n. erat cura præcipua: ut quicq̃d exercitui neceſſarium uidebatur: nunq̃ deeſſet in caſtris uſq; eo: ut ẽt cunicularios haberent: qui ad morem beſſorum ducto ſub terris cuniculo: muriſq; intra fundamenta perfoſſis: improuiſi ſe emergerent ad urbes hoſtium capiendas. Horum iudex ꝓprius erat p̃fectus fabrorũ.

Fabrica

Bessorum

De officio tribuni militum.

Tribunus militum

d Ecem cohortes habere diximus legionem. Sed prima erat Miliaria. in qua cenſu. genere litteris. forma. uirtute pollẽtes milites mittebantur. Huic tribunus præerat armorũ ſciẽtia. uirtute corporis. morum honeſtate precipuus. Reliquæ cohortes: prout prĩcipi placuiſſet / a tribunis / uel a prepoſitis regebantur. Tanta autem ſeruabatur exercendi milites cura: ut non ſolum tribuni: uel p̃poſiti contubernales ſibi creditos ſub oculis ſuis iuberẽt quotidie meditari. Sed etiam ipſi armorum arte perfecti cæteros ad dimicationem ꝓprio cohortarentur exemplo. Tribuni autem ſollicitudo per hanc laudatꝰ induſtriam: cum miles ueſte nitidus / armis bene munitus / ac fulgens / exercitii uſu: et diſciplina eruditus incedit.

De centuriis atq; uexillis.

p Rimum ſignum totius legionis eſt aquila: quã Aquilifer portat. Dracones ẽt per ſingulas cohortes a Draconariis feruntur ad prælium. Sed antiqui quia ſciebant in acie commiſſo bello celeriter ordines / acieſq; turbari: atq; confundi: ne hoc poſſet accidere cohortes in centurias diuiſerunt / et ſingulis centuriis ſingula uexilla cõſtituerunt / ita ut ex qua cohorte / uel quota eſſet centuria in illo uexillo litteris eſſet aſcriptum: quod intuentes uel legentes milites i q̃to

Dracones

Milites

uis tumultu a cõtubernalibus suis aberrare non possent. Centuriones insup: qui nunc centenarii uocantur / nimiũ bellicosos/loricatos transuersis cassidum cristis habebant ut facilius noscerentur: quos singulas iusserunt gubernare centurias: quatenus nullus error existeret: cũ centum milites sequerentur nõ solum uexillum suum: sed etiam centurionem: qui signum habebat in galea. rursus ipsæ centuriæ in cõtubernia diuisæ sũt ut. x. militibꝫ sub uno papilione degẽtibꝫ unus quasi preesset decanus: qui caput contubernii nominatur. Contuberniũ autem manipulus uocabatur ab eo ꝙ coniunctis manibus pariter dimicabant.

De turmis equitum legionariorum.

q Vemadmodum inter pedites centuria: uel manipulus appellatur. Ita inter equites turma dicit. et habet una turma equites xxxii. Huic qui preest decurio nominatur. Centum enim pedites ab uno centurione sub uno uexillo gubernantur. Similiter. xxxii equites ab uno decurione sub uno uexillo regũtur. Præterea sicut centurio eligendus est magnis uiribus: ꝓcera statura: qui hastas: uel missilia perite iaculetur: et fortiter. Qui dimicare gladio: et scutum rotare doctissime nouerit. Qui omnem artem didicerit armaturæ. uigilans. sobrius. agilis. magis ad facienda: quæ ei imperantur: q̃ ad loquẽdum paratus. contubernales suos ad disciplinam retineat: et ad armorum exercitium cogat: ut bene uestiti / et calciati sint: ut arma omniũ defricentur: ac splendeant. Similiter eligendus est decurio: qui turmæ equitum præponatur ĩ primis habili corpore: ut loricatus: et armis circundatus omnibus cum summa admiratione / equum ascendere possit. equitare fortissime. conto scienter uti. sagittas doctissime mittere. turmales suos idest eqtes sub cura sua positos erudire ad omnia: quæ equestris pugna deposcit. eosdem cogere loricas suas: uel catafractas: contos: et cassides frequenter tergere et curare. Plurimum enim terroris hostibus armorum splendor importat. Quis credat militem bellicosum: cuius dissimulatione / situ / ac rubigine arma fœdantur? Nõ solum autem equites: sed etiam ipsos equos assiduo labore conuenit edomari. Itaqꝫ ad decurionem et sanitatis: et exercitationis tam hominum: q̃ equorum pertinet cura.

Quemadmodum legiones: et acies instruantur.

n Vnc qualiter instruenda sit acies: si pugna ĩmineat/declaretur unius legionis exemplo. Quod si usus exegerit: possit trãsferri

ad plures legiones. Equites locantur in cornibus. Acies peditum a pri
ma cohorte incipit ordinari in cornu dextro, huic cohors ſecunda cõ/
iungitur. Tertia cohors in media acie collocatur. huic annectiẽ quar/
ta. Quinta uero cohors ſiniſtrũ ſuſcipit cornu: ſed ante ſigna: et circa
ſigna. Necnon ẽt prima acie dimicantes principes uocabantur: hoc ẽ
ordinarii: cæteriqꝫ principales. Hæc erat grauis armatura: qui habebãt
caſſides/ catafractas/ ocreas/ ſcuta gladios maiores: quos ſpatas uocant.
et alios minores / quos ſemiſpatas uocant. plumbatas/ quinas poſitas ĩ
ſcutis: quas primo impetu iaciunt. Item bina miſſilia: unũ maius fer/
ro triãgulo unciarũ. ix. haſtile pedum. v. et ſemis: quod pilũ uocabãt.
nunc ſpiculũ dicitur: ad cuius ictum exercebantur præcipue milites:
quod arte / et uirtute directũ: et ſcutatos pedites: et loricatos equites
ſæpe tranſuerberat. Aliud minus ferro triangulo unciarũ. v. haſtili pe
dum triũ: et ſemis: quod tunc uerriculũ: nunc uerutũ dicitur. Prima
acies principũ. Secũda haſtatorũ armis talibus docetur ĩſtructa. Poſt
hos erant ferentarii et leuis armatura: quos nunc exultatores: et arma
turas dicimus. Scutati: qui plumbatis uel gladiis et miſſilibus accincti
ſunt: ſicut nunc omnes ꝑpe milites uidentur / armati erant. Itẽ ſagit/
tarii erãt cum caſſibus / catafractis / et gladiis/ ſagittis et arcubus. Erãt
funditores: qui ad fundas uel fuſtibalos lapides iaciebãt. Erant tragu/
larii: qui Manubaliſtis uel arcubaliſtis dirigebant ſagittas. Secunda a/
cies ſimiliter armabaẽ: in qua conſiſtentes milites haſtati uocabantur.
Sed in ſecunda acie dextro cornu cohors ſexta ponebatur: cui iũgeba
tur ſeptima. Octaua cohors mediam aciem tenebat: nona comitante.
Decima cohors in ſecunda acie ſiniſtrum ſemꝑ obtinet cornu.

Qualiter Triarii uel centuriones armentur.

p Oſt omnes aũt acies Triarii cũ ſcutis, catafractis et galeis' ocre
ati cũ gladiis ſemiſpatis plũbatis et binis miſſilibus locabanẽ:
qui genu poſito ſubſidebant: ut ſi prima acies uinceretur: ab
iis quaſi de integro reparata pugna poſſit reparare uictoriã. Omnes
autem ſignarii: uel ſigniferi / q̃uis pedites loricas minores accipiebãt /
et galeas ad terrorẽ hoſtium urſinis pellibus tectas: Centuriones uero
habebant catafractas ſcuta et galeas ferreas. ſed tranſuerſis et argen
tatis criſtis, ut facilius agnoſcerentur a ſuis.

Commiſſa pugna grauem armaturam ſtare pro muro.

i Llud autem ſciendum eſt: et modis omnibus retinendũ. Com
miſſo bello prima / ac ſecunda acies ſtabat immota. Triarii

quoqꝫ residebant. Ferentarii aũt armaturæ scutatores / sagittarii / fũdi tores. hoc est leuis armatura aduersarios ꝓuocabãt ante aciem præce dentes. Si hostes fugare poterant sequebãtur. Si eorũ uirtute: ac multi tudine premebant̃: reuertebantur ad suos: et stabant post eos. Excipie bat aũt prælıũ grauis armatura: et tãq̃ murus: ut ita dicam ferreus sta bat. et non solũ missilibus: sed ẽt gladiis cõminus dimicabant. Et si ho stes fugassent: non sequebatur grauis armatura: ne aciem suã: ordina tioneꝗ turbaret. et ad dispsos recurrentes hostes incõpositos opprime rent. Sed leuis armatura cũ funditoribus / sagittariis / et equitibus / fu gientes sequebat̃ inimicos. Hac dispositione: atqꝫ cautela sine ꝑiculo legio uincebat: aut superata seruabatur ĩcolumis: qđ legionis ius est: facile nec fugere nec sequi.

Nomina militũ: et gradus in scutis eorum aduersis scribenda.

S Ed ne milites aliunde in tumultu prælii a suis contubernalibꝫ aberrarent / diuersis cohortibus diuersa in scutis signa pinge bant: quæ ipsi nominant Deigmata sicut ẽt nunc moris est fie ri. Præterea in aduerso scuto uniuscuiusqꝫ militis erat litteris nomen ascriptum / addito et ex qua esset cohorte: quaue centuria. Ex his igi tur apparet legionem bene instructã / quasi munitissimam esse ciuita tem: quæ omnia prælio necessaria secum ubiqꝫ portaret: nec metueret repentinum hostiũ superuentũ: quæ etiam ĩ mediis campis subito fos sa se / ualloqꝫ muniret: quæ omne genus militum contineret / et armo rũ. Si quis igitur pugna publica superare barbaros cupit: ut diuinita tis nutu / dispositione imperatoris inuicti reparentur / ex tyronibus le giones uotis omnibus petat. Intra breue autem temporis spatium iu niores diligenter electi: et exercitati quotidie non solum mane: sed ẽt post meridiem omni armorũ disciplina: uel arte bellandi ueteres illos milites: qui orbem terrarũ integrum subegerãt facile coequabũt. Neq moueat̃ Cæsar tua maiestas ꝙ olim est consuetudo mutata quæ nocu it. Sed huius felicitatis: ac prouisionis est perennitas tua: ut pro salute reip. et noua excogitet: et ãtiqua restituat. Omne opus difficile uidet̃ anteq̃ tentes. Cæterum si exercitati: et prudẽtes uiri delectui præponã tur: celeriter manus bellis apta poterit aggregari: et diligenter ĩstitui. Quod uis enim efficiet solertia: si competentes nõ denegẽtur expẽsæ.

Præter corporis robur / notarum: et compu tandi artem in tyronibus eligendam.

.II.ii.

Ed quoniam in legionibus plures ſcholæ ſunt: quæ litteratos milites quærunt et ab iis:qui tyrones probant: in omnibus quidem ſtaturæ magnitudines.corporis robur.alacritatem animi conuenit explorari:Sed in quibuſdam notarum peritia calculandi:cōputandiqꝫ uſus exigitur. Totius.n.legionis ratio ſiue obſequiorum: ſiue militarium numerorū:ſiue pecuniæ quotidie aſcribitur actis maiore prope diligentia:q̄ res annonaria:uel ciuilis libris ānotatur.quotidianas etiam in pace uigilias.Item excubitum:ſiue angarias de omnibus centuriis:et contuberniis:quæ uiciſſim milites faciunt:ut ne qs contra iuſtitiam ꝑgrauetur:aut alicui præſtetur immunitas.Nomina eorum:qui uices ſuas fecerūt breuibus inſeruntur:quando quis commeatum accœpit.uel quot dierū annotatur in breuibus. Tunc enim difficile commeatus dabatur:niſi cauſis iuſtiſſimis approbatis.nec aliquibus milites inſtituti deputabantur obſequiis.nec priuata eiſdē negocia mandabantur.Siquidem incongruum uidebatur imperator militem:qui ueſte:et annona publica paſcebatur utilibus uacare priuatis.ad obſequia tamen iudicum:uel tribunorū:necnon etiā principalium deputabantur milites:qui uocabantur accenſi: hoc eſt poſtea additi:q̄ fuiſſet legio completa:quos nunc ſupernumerarios uocant. faſcicularia tamen id eſt lignum.fœnum.aquam.ſtramen.etiam legitimi milites in caſtra portabant.Munifices enim ab eo appellantur: ꝙ hæc omnia munera faciunt.

Donatiui debent partem dimidiam apud ſigna ſequeſtrare militibus ſeruandam.

Llud uero ab antiquis diuinitus inſtitutum ē: ut ex donatiuo quod milites conſequūtur dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna.et ibidem ipſis militibus ſeruaretur: ne a contubernalibꝫ poſſit abſumi per luxum.et inanium rerū cōparationē. Pleriqꝫ enim homines:et pauperes præcipue tantum erogant:q̄tum habere potuerunt.Sepoſitio aūt iſta pecuniæ primum ipſis contubernalibus docet accommodata.Nam cum publica ſuſtentetur ānona:ex omnibus donatiuis augetur eorum ꝓ medietate caſtrenſe peculium.Miles deinde qui ſumptus ſuos ſcit apud ſigna ſua depoſitos de deferendo nihil cogitat.magis diligit ſigna:pro illis ī acie fortius dimicat more humani ingenii:ut pro illis habeat maximā curam: in quibus ſuam uidet eſſe poſitam ſubſtātiam.Deniqꝫ.x.folles:hoc eſt.x.ſacci per cohortes ſingulas exponebantur:in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur ēt

ſaccus ūdecimus: i quo tota legio particulā aliquā cōferebat ſepulturæ .ſ. cā: ut ſi quis ex cōtubernalibus defeciſſet de illo undecimo ſacco ad ſepulturam ipſius promeret expenſa. Hæc ratio apud ſigniferos: ut nunc dicunt i cophino ſeruabat̃. Et ideo ſigniferi nō ſolū fideles: ſed ēt litterati homines eligebantur: qui et ſeruarent depoſita: et ſcirēt ſin gulis reddere rationem.

Copinus. Signarii.

In legione ita fieri ꝓmotiones ut per omnes cohortes tranſeant: qui ꝓmouentur.

Militū promotio

n On tantum humano conſilio: ſed ēt diuinitatis inſtinctu legi ones a Romanis arbitror cōſtitutas: in quibus. x. cohortes ita ſunt ordinatæ: ut omniū unum corpus: una uideatur eſſe con iunctio. Nam quaſi in orbem quēdā per diuerſas cohortes: et diuerſas ſcholas ꝓmouentur milites ita: ut ex prima cohorte ad gradum quēpi am promotus uadat ad decimā cohortē: et rurſus ab ea creſcentibus ſtipendiis cum maiore gradu per alias recurrit ad primam. Ideo primi pyli centurio: poſtq̃ in orbem omnes cohortes p̱ diuerſas adminiſtra uerit ſcholas. In prima cohorte ad hanc p̱uenit palmā: in qua ex om ni legione infinita cōmoda conſequatur. Sicut primicerius in officio Præfectorū prætorioq; ad honeſtū: quæſtuoſūq; militiæ p̱uenit finē: ita legionarii equites cohortes ſuas contubernii affectione uenerant̃: Cum naturaliter equites a peditibus ſoleant diſcrepare. Per hāc ergo conteſtationē in legionibus: et omnium cohortum equitum: peditūq; ſeruabatur una concordia.

Primicerius.

Quid inter Tubicines et Cornicines et Claſſicū interſit.

Tubicines

h Abet præterea legio tubicines: cornicines: buccinatores. Tubi cines ad bellum uocant milites et rurſum receptui canentes re uocant. Cornicines et buccinatores erant ornamentū totius legionis in ingreſſu conflictus et eius reditu. Hi quotiens canunt: nō milites: ſed ſigna eorū obtēperant ad nutū. Ergo quotiēs ad aliquod opus exituri ſunt ſoli milites tubicines canunt. et ſoli milites ad ſi gna eorū obtēperant. quotiens mouēda ſunt ſigna cornicines canūt. quotiens pugnatur et tubicines et cornicines pariter canunt. Claſſi cū itē appellatur: quod buccinatores per cornu dent. Hoc inſigne ui detur imperii: quia claſſicū canitur īperatore preſente uel cum in mili tem capitaliter aīaduertitur: quia hoc ex imperatoris legibus fieri ne ceſſe eſt. Si uero ad uigilias uel angarias faciendas ſiue ad opus aliqđ uel ad decurſionē campi exeūt milites tubicine uocante operātur: et

Cornicines. Buccinatores

Classicū.

rurſum tubicine admonente ceſſant. Cum autem mouentur ſigna: aut iam mota figenda ſunt: cornicines canunt: quod ideo in omnibꝰ exercitiis: et proceſſionibus cuſtoditur: ut in ipſa pugna facilius obtẽperent milites: ſiue eos pugnare: ſiue ſtare: ſiue ſequi: uel redire præceperint duces. Siquidem ratio ſemper manifeſta ſit in ocio debere fieri: quod neceſſario faciendum uidetur in prælio.

De exercitatione militum.

l Egionis ordinatione digeſta ad exercitium reuertamur. Vnde ſicut iam dictum exercitus nomen accepit. Iuniores quidẽ et noui milites mane: ac poſt meridiem ad omne genus exercebãtur armorum. Veteres aũt: et eruditi ſine itermiſſione ſemel ĩ die exercebantur in armis: Neqꝫ enim longitudo ætatis: aut ãnorum numerus artem bellicam tradit: Sed cõtinua exercitationis meditatio. poſtq̃ uolerat ſtipẽdia: inexercitatus miles ſemper eſt tyro cum armatura: quæ feſtis diebus exhibetur in exercitio. Iccirco non tantum armaturã qui ſub campi doctore ſunt: ſed omnes æqualiter contubernales quotidiana meditatione diſcebant: et corporis uelocitatem. Nam et uelocitas uſu ipſo acquiritur corporis: et ſcientia feriendi hoſtem: ſeqꝫ protegẽdi: præſertim ſi gladiis cominus dimicetur. Illud uero maius ẽ: ut ſeruare ordines diſcant: et uexillum ſuum in tantis permixtionibus in ipſa proluſione comitentur. Nec inter doctos aliquis error exiſtat: q̃uis in multitudine ſit tanta confuſio. Ad palum quoqꝫ uel ſudes iunioreſ exerceri percommodum eſt: cum latera: uel pedes aut caput petere pũctim: cæſimqꝫ cõdiſcant. Saltus quoqꝫ: et ictus facere pariter aſſueſcãt. Inſurgere tripudiantes in clipeum: rurſuſqꝫ ſubſidere. Nunc geſtiẽdo ꝓuolare cum ſaltu: nunc cædentes in terga reſilire. Miſſilibus etiã palos ipſos ꝓcul ferire meditentur: ut ars dirigendi: et dextræ uirtus poſſit accreſcere. Sagittarii uero: uel funditores ſcopas: hoc eſt fructicum: uel ſtraminum faſces pro ſigno ponebant: ita ut ſexcentis pedibus remouerentur a ſigno: ut ſagittis: uel certe lapidibus ex fuſtibalo deſtinatis ſignum ſæpius tangerent. Propterea ſine trepidatione in acie faciebant: quod ludentes in campo fecerant. Semper aſſueſcendum eſt: ut ſemel tantum funda ſuper caput rotetur: cum ex ea mittitur ſaxũ: Sed et manu ſola omnes milites meditabantur libralia ſaxa iactare: q uſus paratior creditur: quia non deſiderat fundã. Miſſilia quoqꝫ uel plumbatas iugiter ꝑpetuoqꝫ exercitio dirigere cogebantur: uſqꝫ adeo: ut tempore hyemis de tegula uel ſcandulis: quæ fidæ eſſent: et certæ.

de cannis/ulua:uel culmo et porticus tegeretur ad equites:et quædam uelut basilicæ ad pedites: in quibus tempestate uel uẽtis aere turbato sub tecto armis erudiebatur exercitus. Cæteris autem et hybernis die/bus:si niues/ pluuiæq; cessarent/ exerceri cogebantur in campo:ne in termissa consuetudine animi militũ debilitarentur et corpora. Siluam cedere. onera portare. fossas trãsilire. In mari:uel in fluminibꝰ natare. Gradu pleno ambulare/ uel ẽt armatos cum sarcinis suis currere fre/quentissime conuenit:ut quotidiani laboris usus in pace/ difficilis nõ uideatur in bello. Siue ergo legio/ siue auxilia fuerint exerceantᷣ assi/due. Nam quemadmodũ bene exercitatus miles prelium cupit:ita for midat indoctus. Postremo sciendũ est in pugna usũ ãplius prodesse: q̃ uires. Nã si doctrina cesset armorũ/ nihil paganus distet a milite.

Exẽpla adhortationũ et exercitii militaris de aliis artibus tracta.

a Thleta uenator auriga ꝓpter exiguam mercedẽ:uel certe ple bis fauorẽ quotidiana meditatione artes suas aut seruare : aut augere consuescunt. militem:cuius ẽ manibus seruanda resp. studiosius oportet scientiam dimicandi/ usumq; rei bellicæ iugibus exercitiis custodire : cui contingit nõ tantũ gloriosa uictoria: sed etiã amplior præda:quẽq; ad opes:et dignitatem ordo militiæ: et impera/toris iudicium cõsueuit euehere. Artifices scenici ab exercitiis pro lau/de uulgi non recedunt. miles sacramento lectus ab exercitio armorũ uel nouellus uel uetustus cessare non debet:cui pugnandum ẽ pro sa lute ꝓpria:et libertate comuni presertim: cum antiqua sit prudensq; sententia Omnes artes in meditatione consistere.

Enumeratio ferramẽtorum/ uel machinarum legionis.

l Egio autem nõ tantum militũ numero:sed ẽt genere ferramẽ torũ uincere consueuit. Primũ omniũ ĩstruitᷣ iaculis:quæ nul læ loricæ:nulla possunt scuta sufferre. Nã ꝑ singulas centurias singulas carrobalistas habere cõsueuit. qbꝰ multi ad trahẽdũ et singu la contubernia ad armandũ uel dirigendũ:hoc ẽ. xi. hoĩes deputãtur. Nã hæ quãto maiores fuerint:tãto lõgius ac fortius tela iaculantᷣ. Nõ solũ aũt castra defẽdũt:uerũ ẽt ĩ cãpo post aciẽ grauis armaturæ ponũ tur:ãte quarũ ĩpetũ nec eqtes loricati:nec pedites scutati possunt ob/stare. In una aũt legione. lv. Carrobalistæ eẽ solẽt. Itẽ. x. onagri:hoc ẽ singuli ꝑ singulas cohortes ĩ carpẽtis bobꝰ duobꝰ portantᷣ armatis: ut si forte hostes ad pugnãdũ uenerint:uallo sagittis:et saxis possint ca/stra defẽdi. Scaphas quoq; de singulis trabibꝰ excauatas cũ lõgissimis (funibus

interdum ēt ferreis catenis secum legio portat. quatenus contextis eis/
dem: sicut dicunt monoxylis supertextis iniectisq; tabulatis flumina:
quæ sine pontibus uadari nequeunt: tam a peditibus: q̄ ab equitatu
sine periculo transeātur. habet ferreos harpagones: quos lupos uocāt:
et falces ferreas confixas lōgissimis contis. Item ad fossarum opera fa/
cienda bidētes / ligones / palas / rastra / alueos / cophinos: quibus por
tetur terra. Habet quoq; dolabras secures ascias serras: quibꝯ materia/
ac pali dolantur: atq; secantur. Habet præterea artifices cū omnibus
ferramentis: qui ad depugnandas hostium ciuitates / testudines / mu/
sculos / arietes / uineas / ut appellant: turres etiam ambulatorias faciāt.
Verum ne singula enumerando plura dicantur: uniuersa quæ in quo
cunq; belli genere necessaria esse creduntur / secum legio debet ubiq;
portare: ut in quouis loco fixerit castra: armatam faciat ciuitatem.

FINIS.

Vegetii Rhenati epitomatis de re militari liber Tertius.

a Thenienses: et Lacedemones: ac Macedonas rerum poti
tos prisci testantur annales. Vnde apud Athenienses non
solum bellicæ rei: sed ēt diuersarum artium uiguit indu/
stria. Lacedemoniis autē fuit præcipua cura bellorum: Pri
mi nāq; experimenta pugnarum de euentibus colligētes/
artē præliorum scripsisse firmātur. usq; eo: ut rem militarem: quæ uir/
tute: solaq; felicitate creditur contineri / ad disciplinæ: peritiæq; studia
reuocarent: ac magistros armorum: quos tacticos appellauerunt. iuuē
tutem suam / usum uarietatemq; pugnandi præciperent edocere. O
uiros summa admiratione laudandos: qui eam præcipue artem edisce
re uoluerunt: sine qua aliæ artes esse nō possunt. Horum sequētes in/
stituta Romani martii operis præcepta et usu retinuerunt: et litteris
prodiderunt: quæ per diuersos auctores / librosq; dispersa Imperator
inuicte mediocritate mea abbreuiare iussisti: ne uel fastidium nascere
tur ex plurimis: uel magnitudo fidei deesset in paruis. Quantum au/
tem in præliis Lacedemoniorum doctrina profuerit ut omittam cæte
ra: Xantippi declaratur exemplo: q Atilium Regulum Romanumq;
exercitum sæpe uictorem cum Carthaginensibus non uirtute: sed
artis solo fere auxilio prostratis exercitibus cœpit: / / / / / / /

ac domuit:unoq; cõgressu triũphans bellũ omne cõfecit. Nec minus Hannibal petiturus Italiam lacedemoniũ doctorẽ quæsiuit armorũ: cuius monitis tot consules:tantasq; legiones inferior numero/ ac uiribus interemit. Ergo qui desiderat pacem præparet bellum. Qui uictoriam cupit:milites imbuat diligenter. Qui secundos optat euẽtus: dimicet arte:non casu. Nemo ꝓuocare. nemo audet offendere:quem intelligit superiorem esse pugnaturum.

Hæc continet Tertius liber.

Quemadmodum recedatur abhostibus, si consiliū pugnæ displiceat.
De camelis: et catafractis equitibus.
Quomodo quadrigis falcatis: uel elephantis in acie possit obsisti.
Quid fieri debeat: si uel pars fugerit: uel totus exercitus.
Regulæ bellorum generales.

Quī modus debeat esse exercitus.

PRimus liber tyronum delectum: exercitiūq; deprōpsit. Sequēs legionis institutōnē: disciplinamq; edocuit militarem. Hic autem tertius classicum sonat. Ideo. n. illa ꝑmissa sunt: ut hæc in quibus peritia certaminum: et uictoriæ summa consistit disciplinæ ordine custodito. et intelligerentur celerius et amplius adiuuarent. Exercitus dicitur tam legionū: q̃ etiā auxiliorū: necnon et equitum ad gerēdum bellū multitudo collecta. Huiusmodi modus a magistris quæritur armorū. Nam cum Xerxis. Darii. et Mythrydatis. cæterorūq; regum: qui innumerabiles armauerant populos exemplaria leguntur. euidenter apparet nimium copiosos exercitus magis ꝓpria multitudine: q̃ hostium uirtute depssos. Nam pluribus casibus subiacet amplior multitudo. In itineribus ꝓ mole sua semper est tardior. In longiore aūt agmine etiam a paucis superuentum assolet pati. In locis autē asperis: uel fluminibus transeundi ꝓpter impedimentorū moras sæpe decipitur. Præterea ingenti labore: numerosisq; animalibus: equisq; pabula colliguntur. Rei quoq; frumentariæ difficultas: quæ in omni est expeditione uitanda: cito maiores fatigat exercitus. Nam quantolibet studio præparetur annona: tanto maturius desit: quanto pluribus erogatur. Ipsa quoq; aqua nimiæ multitudini aliquādo uix sufficit. Qđ si casu acies uerterit tergū: necesse ē multos cadere de multis. et illos qui effugerint: ut semel territos postea formidare conflictum. Veteres autem qui remedia difficultatum experimētis didicerant nō tam numerosos: q̃ eruditos armis habere exercitus uoluerunt. Itaq; in leuibus bellis unam legionem mixtis auxiliis. x. milia peditum: et duo milia equitum crediderunt posse sufficere: quam manum prætores: uelut minores duces ad expeditionē sæpe ducebant. Quod si magnæ copiæ hostium ducerentur / consularis potestas cum. xx. milibus peditū et quatuor equitum tanquam comes maior mittebatur. Qđ si infinita multitudo de gentibus fortissimis rebellasset: tunc nimia ne

ceſſitate cogente duo duces:et duo mittebantur exercitus cum huiuſ/
modi præcepto:ut ꝓuiderent:ne quid reſp.detrimēti capiat. Cōſules
ambo:cū in diuerſis regionibus cōtra diuerſos hoſtes annis ꝓpe om /
nibus a populo Ro.pugnarēt. Ideo ſufficiebāt copiæ militum: ꝙ uti
lius iudicabant nō tam grandes exercitus habere:q̄ armis inſtructos /
illa ratione ſeruata:ne unq̄ amplior multitudo ſociorū auxiliariū eēt
in caſtris:q̄ ciuium Romanorum.

Quemadmodum ſanitas gubernetur exercitus.

Vnc quod uel maxime ꝓuidendū eſt:queadmodū ſanitas cu
n ſtodiatur exercitus admonebo.Hoc eſt locis.aquis.tempore.
medicina.exercitio. Locis ne in peſtilēti regione iuxta morbo
ſas paludes:ne aridis:et ſine opacitate arborū campis / aut collibus:
ne ſine tentoriis æſtate milites cōmorentur:Ne tardius egreſſi et calo/
re ſolis: et fatigatione itineris cōtrahant morbū. Sed potius in æſtate
ad loca cœpto itinere deſtinata ꝑueniant.Ne ſeua hyeme iter ꝑ prui/
nas/ ac niues noctibus faciant:aut lignorū patiantur inopiam:aut mi
nor illis ueſtiū ſuppetat copia.Nec ſanitati.n.nec expeditioni idone/
us miles eſt:qui algere compellitur:nec pernitioſis / nec paludoſis aqs
utatur exercitus.Nam malæ aquæ potus ueneno ſi militibus peſtilētiā
generant.Iam uero hoc caſu ægri contubernales oportunis cibis refi/
ciantur:ac medicorū arte curentur.Principum:tribunorūq;: et ipſius
comitis:qui maiorē ſuſtinet poteſtatem iugis quæretur diligētia.Ma/
le.n.cū iis agitur:quibus neceſſitas et belli īcumbit: et morbi.Sed rei
militaris periti plus quotidiana armorū exercitia ad ſanitatem militū
putauerunt ꝓdeſſe:q̄ medicos.Itaq; pedites ſine intermiſſione hym/
bribus:uel niuibus ſub tecto:reliquis diebus exerceri uoluerunt in cā/
po. Similiter equites non ſolum in planis:ſed etiam in abruptis: et
foſſarū hiatu difficillimis ſemitis ſeq;/ et equos ſuos exercere iuſſerūt:
ut nihil iis in neceſſitate prelii accidere poſſet incognitū. Ex quo itel
ligitur q̄tum ſtudioſius armorum arte docendus ſit ſemper exercitus:
cum ei et laboris cōſuetudo in caſtris ſanitatē:et in conflictu poſſit p̄
ſtare uictoriam.Si autūnali: æſtiuoq; tempore diutius in eiſdem locis
multitudo militum conſiſtat / ex contagione aquarum: et odore ipſi
us fœditatis / uitiatis hauſtibus et aere corrupto ꝑnitioſiſſimus naſcit̄
morbus:qui ꝓhiberi nō poteſt:niſi frequēti mutatione caſtrorum.

Quāta cura prouidenda ſint: atque ſer/
uanda pabula: et frumenta.

Ordo postulat: ut de cōmeatu pabuli: frumentiq; dicatur. Sæpius. n. penuria: q̄ pugna consumit exercitum. et ferro seuior fames est. Verū reliquis casibus potest in tēpore subueniri. at pabulatio / et annona in necessitate remediū non habent: nisi ante condantur. In omni expeditione unum / et maximū consilium ē: ut tibi sufficiat uictus: hostes frangat inopia. Ante igitur q̄ bellum inchoet̃ de copiis / expensisq; sit ꝓcuratio: quia solers debet esse tractatus ut pabula frumentū: cæteræq; annonariæ species: quas a ꝓuincialibus consuetudo deposcit maturius exigantur / et in oportunis ad rem gerendam: ac munitissimis locis āplior semp̱ modus: q̄ sufficit / aggregetur. Q đ si tributa deficiunt: prærogato auro cōp̱anda sunt omnia. Neq; enim diuitiarū secura possessio ē: nisi armorū defensione seruetur. frequēter aūt necessitas geminat̃. et obsidio sæpe fit lōgior: q̄ putat̃. Cū aduersarii ēt ipsi esurientes circūsedere non desinant: quos fame sperant esse uincendos. Præterea quicquid in pecore uel quacunq; fruge uinoq; hostis inferens bellū ad uictum suū poterit occupare non solum admonitis per edicta possessoribus: sed ēt coactis p̱ electos p̱scrutatores ad castella idonea: et armatorum firmata p̄sidiis uel ad tutissimas conferendū est ciuitates. Vrgendiq; ꝓuinciales ut ante irruptionē seq; et sua mœnibus condant. Reparatō. n. murorū: tormentorūq; omniū ante curāda ē. Nam si semel hostes præueniūt occupatos: metu uniuersa turbantur. et quæ ex aliis urbibus petenda sunt clausis itineribus denegant̃. Sed fidelis sors eorum custodia / et erogatio moderata sufficere consueuit / pro copia maxime: si ab initio procurentur. Cæterum sera parsimonia est tum seruare: cum deficit. In arduis expeditionibus magis p̱ capita militum: q̄ p̱ dignitates ab antiquis prebebantur annonæ / ita ut post necessitatē eisdem a rep. redderentur. hyeme lignorum et pabuli. Estate aquarum uitāda est difficultas. Frumēti uero uini et aceti: necnon et salis omni tempore declinanda est necessitas. ita ut urbes: atq; castella ab iis militibus: qui minus prompti inueniuntur in acie: armis. sagittis. fustibalis. fundis. balistis. onagris q; defendantur. Præcipueq; cauendum uidetur: ne aduersariorū dolo atq; periuriis decipiatur ꝓuincialium incauta simplicitas. Frequentius. n. conuentionū: pacisq; simulatio credulis nocuere: q̄ arma. Qua ratione famem collecti patiuntur hostes. dispersi uero crebris superuentibus facile uincuntur.

Quemadmodum oporteat prouidere: ne milites seditionem faciant.

Nterdum mouet tumultũ ex diuersis locis collectus exercitus. et cum pugnare nolit: irasci se simulat: ut non ducatur ad bellum. Quod ii præcipue faciunt: qui in sedibus ociose: delicateq; uixerunt. Nam asperitate insoliti laboris offensi: quem in expeditõne sustinere necesse est. Præterea metuentes prælium qui armorũ exercitia declinant: ad huiusmodi præcitãtur audaciam: Cui uulneri multiplex medicina consueuit opponi ut dum adhuc separati sunt in sedibus suis: tribunorum / uel uicariorum / necnon etiam principum ad omnem disciplinam arctissima seueritate teneantur. Nihilq; aliud: nisi deuotionem / moderationemq; custodiãt / nullis cõmeatibus uacẽt. Ad nomen . ad signa obseruare non desinant. Campi cursionem / ut ipsi appellant / armorumq; inspectionem assidue faciant: ad sagittas iaciendas. ad missilia dirigenda. ad iactandos lapides funda. uel manu Ad uectes iactandos pro similitudine gladiorum / punctim : cæsimq; feriendo / ad armaturæ gestum / multo die usq; ad sudorem frequentissime sunt detinẽdi. Cursu etiam: et saltu ad transiliẽdas fossas nihilominus imbuendi / seu mare seu fluuius uicinus est sedibus / æstiuo tẽpore ad natandum cogendi sunt omnes. Præterea siluam cædere, materiem dolare. Iter ꝑ dumosa / et abrupta facere. aperire fossam . occupare aliquem locum . et ne a contubernalibus detrudantur / in scutis inuicem obuiantibus niti. Ita exercitati / et eruditi in sedibus milites Romani / siue auxiliares / siue illi legionarii / siue equites fuerint / cũ ad expeditionem ex diuersis conuenerint locis / æmulatione uirtutis ꝓlium magis necesse habent optare: q̃ ocium. Nemo cogitat de tumultu: qui fiduciam de arte: uel uiribus gerit. Dux autem debet esse attẽtus: ut in omnibus legionibꝰ / siue auxiliis / necnon etiam uexillationibus a principibus / uicariis / tribunis / siqui tribulenti: seditiosiq; milites fuerint non pro inuidia suggerentium: sed pro rerum ueritate cognoscat: eosq; cõsilio prudentiori segregandos a castris ad agendũ aliquid: quod ipsis uideatur prope optabile: aut castella: urbesq; deputẽt muniendas: atq; seruandas tanta subtilitate: ut cum abiiciuntur / uideantur electi. Nunq̃ enim ad contumaciam pari cõsensu multitudo ꝓrumpit. Sed incitantur a paucis: qui uitiorum / scelerumq; impunitate sperant peccare cum plurimis. Quod si fieri medicinam necessitas extrema persuaserit: rectius est more maiorũ in auctores criminũ uin /

KK.i.

dicari: ut ad omnes metus: ad paucos pœna perueniat. Laudabiliores tamen sunt illi duces: quorum exercitum ad modestiam labor: et usus instituit: q̄ illi: quorum milites ad obedientiam suppliciorum formido compellit.

Signorum militarium quot sint genera.

m Vlta quidem sunt ediscenda pugnantibus: atq; obseruanda: si quidem nulla sit negligētiæ uenia: ubi de salute certatur. Sed inter reliqua nihil magis ad uictoriam proficit: q̄ monitis obtēperare signorū. Nam cum uoce sola inter præliorū tumultus regi multitudo non possit. Et cū pro necessitate rerum plura ex tēpore iubenda: atq; facienda sunt / antiquus omniū gentiū usus inuenit / quomodo quod solus dux utile iudicasset / per signa totus agnosceret: et sequeretur exercitus. Tria itaq; genera constat esse signorū. Vocalia. Semiuocalia. Muta. Quorū uocalia / et semiuocalia percipiuntur auribus. Muta uero referuntur ad oculos. Vocalia sunt: quæ uoce humana ꝓnuntiantur / sicut in uigiliis: et in prælio pro signo dicitur. ut puta uictoria / palma / uirtus / deus nobiscū / triūphus imperatoris / et alia quæcunq; uoluerint dare ii qui in exercitu habent maximā potestatē. Sciendū est tamē ista uocabula quotidie debere uariari: ne ex usu hostes signū cognoscāt: et exploratores inter nostros uersentur impune.

Semiuocalia sunt: quæ per cornua / aut tubā / aut buccinā dantur. Tuba: quæ directa est / appellatur. Buccina: quæ in semetipsam æreo circulo flectitur. Cornu: quod ex uris agrestibus / argento nexū / tēperatum arte / et spiritu: canentis flatu emittit auditū. Nam indubitatis ꝑ hæc sonis agnoscit exercitus utrum stare: uel progredi: an certe regredi oporteat: utrum longe ꝓsequi fugientes an receptui canere. Muta signa sunt Aquilæ. Dracones. Vexilla. Flāmulæ ruffæ. Pinnæ. Quocūq; enim hæc ferri iusserit ductor: necesse est signum suū comitātes milites pergant. Sunt et alia signa multa: quæ dux belli in equis aut indumentis / et ēt in ipsis armis: ut dignoscatur hostis / præcipit custodiri. Præterea manu aliquid uel flagello / more barbarico uel certe mota: qua utitur ueste signāt. Quæ omnia in itineribus / in sedibus / in omni exercitatione castrensi uniuersi milites et sequi: et intelligere cōsuescant. Continuus enim usus necessarius uidetur in pace eius rei: quæ in prælii confusione seruanda sit. Itē mutū: et comune signū ē: quotiens ꝓficiscente turba excitatus puluis ad similitudinē nubiū surgit: hostiūq; ꝓdit aduētū. Similiter si diuisæ copiæ sint / ꝑ noctem flāmæ

per dië fumus significat sociis:quod aliter nuntiari nõ potest.aliquãdo in castellorũ:aut urbiũ turribus trabes apponunt : quibꝯ aliquãdo erectis:aliquãdo depositis indicant:quæ geruntur.

Quanta sit seruãda cautela:cũ uicinis hostibꝯ mouet exercitus.

q Vi rem militarẽ studiosius didicerũt/asserũt plura in itineribꝯ q̃ in ipsa acie pericula solere cõtingere.Nã in conflictu armati sunt omnes amici.et hostes cominus uidẽt / et ad oppugnandũ animo ueniũt parati.In itinere aũt minus armatus:minusq; attentus est miles / et superuentus ĩpetu uel fraude repente turbatur. Ideo omni cura: omniq; diligentia ꝓuidere dux debet:ne proficiscẽs patiatur incursum. Vel si nõ facile:ac sine dãno repellat illatũ. Primũ itinera omniũ regionũ:in quibus bellũ geritur / plenissime debet habere ꝑscripta:ita ut locorũ ĩterualla nõ solũ passuũ numero / sed ẽt uiarũ qualitates ꝑdiscat.Cõpendia.diuerticula.mõtes.flumina ad fidem descripta consideret / usq; eo ut solertiores duces itinera ꝓuinciarũ in quibus necessitas gerit nõ tantũ ãnotata:sed ẽt picta habuisse firmẽt: ut nõ solũ cõsilio mẽtis sed ẽt aspectu oculorũ uiã ꝓfecturis eligerẽt. Ad hæc a prudẽtõribus:et honoratis:locorũq; gnaris separatim debet uniuersa ꝑquirere et ueritatẽ colligere de pluribus.Præterea sub periculo eligendarũ uiarũ duces idoneos:sciẽtesq; ꝑcipere:eosq; custodiæ mãcipare / addita pœnæ contestatione:uel premii.Erũt.n.utiles:cum intelligẽt nec fugiẽdi sibi copiã superesse:et fidei præmiũ ꝑfidiæ parata supplicia.Prouidẽdũ ẽ quoq;:ut sapiẽtes/exercitatiq; quærãtur:ne duorũ:aut triũ error discrimẽ pariat uniuersis.Interdũ aũt ĩperita rusticitas plura ꝓmittit.et credit se scire:quod nescit.Sed cautelæ caput est ut ad quæ loca uel q̄bus itineribus sit ꝓfecturus exercitus ignoret. Tutissimũ nãq; in expeditõnibus creditur / facienda nesciri.Ob hoc ueteres minotauri signũ habuerũt in legionibus: ut queadmodũ ille in intimo / et secretissimo labyrintho abditus ꝓhibet:ita ducis cõsiliũ semꝑ esset occultũ.Securũ iter agitur : quod agendũ hostes minime suspicant. Verum quia exploratores altrinsecus missi ꝓfectionẽ suspitionibus uel oculis deprehendũt / et interdũ trãsfugæ ꝓditoresq; non desunt / queadmodũ occurri ingruentibus debeat / intimet. Dux cũ agmine exercitus ꝓfecturus / fidelissimos / argutissimosq; cũ equis ꝓbatissimis mittat:qui loca:ꝑ quæ iter faciendũ est in ꝓgressu / et a tergo:dextraq; / leuaq; lustrent:ne aliquas aduersarii moliãtur insidias.

Tutius autem operantur exploratores noctibus:q̃ diebus.Nã quo/

dammodo ipse sui proditor inuenitur: cuius speculator fuerit ab aduer/ sariis deprehensus. Primi ergo equites iter arripiant. Inde pedites. im/ pedimenta. sagittarii. calones. uehiculaq; in medio collocentur ita: ut expedita pars peditum: et equitū subsequatur. Nam ambulantib9 in/ terdū quidē a fronte: sed freqūter a tergo superuentus infertur. A late ribus quoq; pari armatorū manu impedimēta claudenda sunt. Nā in/ sidiatores in alio loco pulsant transuerso frequenter incursu. Illud ta/ men præcipue obseruandū est: ut ea pars: ad quā hostis uenturus cre/ ditur / oppositis electissimis equitibus: et leui armatura: necnō ēt pe/ ditibus sagittariis muniat̄. Quod si undiq; funduntur inimici: undiq; debent esse præparata subsidia. Ne uero repentinus tumultus amplius noceat: ante cōmonendi sunt milites: ut parati sint animo: ut arma in manibus habeant: nec in necessitate subita conterantur. Prouisa non solent esse formidini. Antiqui diligentissime præcauebant: ne a calo/ nibus interdū uulneratis / interdū timentibus / et sagittariis pauefactis clamore pugnantes milites turbarentur: ne dispersi lōgius: aut cōglo/ bati amplius q̄ expedit / īpedirent suos: hostibusq; prodessent. Et ideo ad exemplū militū ēt īpedimenta sub quibusdā signis ordināda duxe runt. Deniq; ex ipis calonib9: quos galearios uocant idoneos ac peri tos usu legebant: quos nō amplius q̄ ducētis sagittariis: puerisq; pfece rant. iisq; uexilla dabant: ut scirent ad quæ signa deberent īpedimēta colligere. Si propugnatores ab impedimētis laxamento aliquo diuidun tur ne cōstipati lædantur in plio ābulāte exercitu. ut locorū uarietas aduenit: ita defensionis ratio uariatur. Nā in cāpis patētibus equites magis solent īpugnare: q̄ pedites. At uero ī locis siluestribus: uel mon tosis: siue palustribus / pedestres magis formidandæ sunt copiæ. Illud quoq; uitandū: ne p negligentiā festinantibus aliis: aliis tardius ince/ dentibus interrūpatur acies: aut forte tenuet̄. Continuo. n. hostes iter pellata peruadunt. Interponendi ergo sunt exercitatissimi campi doc tores / uicarii / uel tribuni: qui alacriores tardent: et pigrius incedētes accelerare cōpellant. Nam qui multū præcesserint superuentu facto non tam redire: q̄ fugere cupiunt. qui uero extremi sunt deserti a su/ is ui hostium / et propria desperatione superantur. Sciendum est etiā q̄ aduersarii in his locis: quæ sibi oportuna intelligunt subsessis acies occultius collocant: uel aperto marte impetum faciunt. Sed ne secreta doceant / ducis præstat industria: quæ omnia cōuenit explorare. De prehensa autem subsessa / si utiliter circūueniatur / plus periculi susti

net : qui parabat inferre. Aperta autem uis si præparetur in mõtibus altiora loca præmissis sunt præsidiis occupanda: ut cum hostis aduenerit reperiatur inferior. Nec audeat obuiare: cum tam a fronte: q̄ super caput suum cernat armatos. Quod si angustæ sint uiæ: sed non tutæ: melius est cum securibus: ac dolabris milites et cum labore aperire: q̄ in optimo itinere periculum sustinere. Præterea noscere debemus hostium consuetudinem / utrum nocte: an incipiente die: an hora reficiendi lapsis superuenire consueuerint. et id uitare: quod illos facturos putamus ex more. Iam uero utrum equitibus / an peditibus / utrũ sũ l ditoribus. utrum contatis. an sagittariis amplius ualeãt. utrum numero hominum: an armorum munitione præcellant / scire nos cõuenit / et ordinare: quod nobis utile / illis docetur aduersum. Tractare quoq; per diem: an per noctem iter expediat inchoare / quæ et quanta locorum interualla sint: ad quæ cupimus ꝑperare: ne æstate aquæ penuria obsit euntibus. ne hyeme difficiles: aut nimiæ occurrant paludes maioresq; torrentes / et impedito itinere circũueniatur exercitus. priusq̄ ad destinata perueniat: ut nostra commoditas est sapienter ista uitare. Vel si aduersariorum imperitia: uel dissimulatio occasionem nobis dederit / non oportet omitti: sed explorare sollicite. proditores: ac trãsfugas inuitare: ut qd hostis moliať in presenti: uel in futuro / possimus agnoscere. paratisq; equitibus: ac leui armatura ambulantes eosdem: uel pabula: uictũq; quærentes improuiso terrore decipere.

Queadmodũ flumina quæ maiora sunt transeantur.

i N transitu fluuiorum grauis molestia negligentibus frequenter emergit. Nam si qua aqua uiolentior fuerit: aut alueus latior / impedimenta / pueros: et ipsos interdum ignauos solet mergere bellatores. Ergo explorato uado duæ acies equitum electis animalibus eligentur interuallis competentibus separatæ: ut per mediũ pedites: et impedimenta transeant. Nam acies superior impetũ aquarum frangit. Inferior: qui rapti: sumersiq; fuerint / colligit: atq; transponit. At cum altior fluctus nec equitem / nec peditem patiatur si ꝑ plana decurrat / ductis multifariã spargitur fossis. diuisusq; facile transitur. Nauigio uero amnes hastilibus fixis. ac suppositis tabulatis peruii fiunt. uel certe tumultuario opere colligatis inanibus cuppis: additisq; trabibus transitum præbent. Expediti uero equites fasces de cannis

aridis:uel ulua facere consueuerunt:super quos loricas et arma euidē ter imponunt:ipsi equiq; natando transeunt colligatisq; secum fasces pertrahunt sarcinis.Sed commodius repertum ē:ut monoxylos:hoc ē paulo latiores scaphas ex singulis trabibus excauatas pro genere ligni et subtilitate leuissima carpentis secū portet exercitus / tabulis pariter: et clauis ferreis preparatis.Itaq; sine mora constructus pons:et cū fu / nibus:qui ꝓpterea habendi sunt:ut is uinctus / lapidei arcus solidita / tem præstet in tēpore.Festinant aduersarii ad transitus fluminum in / sidias:uel superuentus facere consueuerunt:ob quam necessitatem in utraq; ripa collocantur armata præsidia:ne alueo interueniente diuisi opprimantur ab hostibus.Cautius tamen est sudes præfigere : ac sine detrimento:si qua uis illata fuerit / sustinere.Quod si pons nō tantū ad transitum:sed ēt recursum / et cōmeatum necessarius fuerit:tunc ī utroq; capite percictus latioribus fossis:aggereq; constructo defenso / res milites accipere debet:a quibus tam diu teneatur:q̄diu locorū ne / cessitas poscet.

Quemadmodum castra debeant ordinari.

Consequens uidetur itineris obseruatione descripta ad castro / rum in quibus manendū est / uenire rationem.Non.n.belli tē pore ad statiua:uel ad mansionem murata ciuitas semper oc / currit:et incautum ē:plenumq; discriminis exercitum passim sine ali / qua munitione consīdere.Cū militibus ad capiendum cibos occupa / tis aut munera facienda dispersis facile nectant insidiæ.Postremo no ctis obscuritas:necessitas somni pascentiū equorū dispersio occasionē superuentibus præstat.In metandis castris non sufficit bonum locum eligere:nisi sit locus talis:ut alter eo melior non possit inueniri:ne uti lior pretermissus a nobis / atq; ab aduersariis occupatus apportet īcō / modum.Cauendum quoq; ne per æstatem aut aqua morbosa in pro ximo:aut salubris aqua sit lōgius.hyeme ne pabulatio desit aut ligno rum copia / ne subitis tempestatibus campus:in quo manendum ē / so leat innundari.Ne sit in abruptis:ac deuiis et circūsedentibus aduer / sariis difficilis ꝑstet egressus:ne ex superioribus locis missa ab hostib9 in eum tela perueniant:quibus ut oportet studiose: cauteq; prouisis pro necessitate loci uel quadrata uel rotunda:uel trigona: uel oblōga castra constitues.Nec utilitati preiudicat forma.tamen pulchriora cre duntur:quibus ultra latitudinis spaciū tertia pars lōgitudini additur. Ita aūt ab agri mēsorib9 podismū mēsuræ colligi oportet:ut ad q̄nāti

tatē cōcludatur exercitus. Nā ꝓpugnatores āgusta cōstripāt. et ultra q̄ conuenit latiora diffūdūt. Tribꝰ āt modis definiūt fossas muniri posse. Primū in unius noctis trāsitū: et itineris occupatione leuiorē: cum sublati cespites circūdant: et aggerē faciunt: supra quē sudes: uel tribuli lignei p ordinē digerunt. cespes aūt circūciditur ferrameris: qui herbarū radicibꝰ cōtiet terrā. fit altus semisse: lōgus pedē semis latus pedē ꝙ si terra solutior fuerit: ut ad similitudinē lateris cespes nō possit abscindi: tūc opere tumultuario fossa perducit lata pedes quinq; alta tres: cuius intrinsecus agger excrescit: ut sine metu securus quiescat exercitus. Statiua aūt castra æstate / uel hyeme: uel hoste uicino maiore cura: ac labore firmantur. Nā singulæ centuriæ diuidētibus cāpi doctoribus: et pricipibus accipiūt peditaras: et scutis: uel sarcinis suis in orbē circa ꝓpria signa depositis cincti gladio fossam aperiūt / latā aut nouem: aut. xi. aut. xiii. pedibus. Vel si maior aduersariorū uis metuitur pedibus. xviiii. imparē. n. numerū obseruari moris est. Tūc sepibꝰ positis: uel interpositis stipitibus: ramisq; arborū / ne terra facile dilabatur agger erigitur: super quē ad similitudinē muri pinnæ / et ꝓpugnacula cōponūtur. Opus omne centuriones p decē pedes metiūtur: ne quis minus foderit: aut errauerit alicuius ignauia. id tribuni circūueniunt. Nec ante discedūt: qui strenui sunt: q̄ sint uniuersa perfecta. Ne tamē aliquis superuētus laborantibus fiat / omnes equites et pars peditum: quæ nō operatur priuilegio dignitatis ante fossam armata in procinctu consistit: ut ingruentes repellat inimicos. Prima igit signa locis suis intra castra ponuntur: quia nihil uenerabilius est maiestate eorū. duci prætoriū: eiusq; comitibus / tribunis: et militibus ꝑparātur tabernacula: quibus p contubernales ad munera deputatos aqua / lignū / et pabula ministrant. Tūc pro gradu legionibus et auxiliaribus: et equitibus et peditibus loca: in quibus papiliones tēdant / deputantur in castris: ac de singulis centuriis: quaterni equites: et quaterni pedites: qui noctibus excubitū faciunt / eliguntur. Et quia impossibile uidebatur per totam noctē uigilātes singulos in speculis permanere: ideo ī quatuor partes ad clepsydrā sunt diuisæ uigiliæ: ut non amplius q̄ tribus horis nocturnis necesse sit uigilare. A tubicine omnes uigiliæ cōmittuntur et finitis horis a cornicine reuocāt. Idoneos tamē et ꝓbatissimos tribuni eligūt: qui uigilias circūeāt et renūtiēt: siqua emerserit culpa: quos circuitores appellabant. At nunc militiæ factus est gradus. et circitores uocantur. Sciendum est tamen nocturnas uigilias equites extra uallum facere debere. Per diem autem castris

positis alii mane:alii post meridiem propter fatigationem hominum: equorumq; angarias faciunt. Inter præcipua conuenit ducē ꝓuidere siue in castris siue in ciuitate cōsistat:ut animalium pascua: subuectio frumēti:cæterarūq; specierū / aquatio / lignatio / pabulatio secura reddatur ab hostiū icursu. Quod aliter nō potest euenire:nisi ꝑ loca idonea:qua nostrorum ambulat cōmeatus / præsidia disponantur siue illæ ciuitates sint:siue castella munita. Quod si non reperitur antiqua munitio opportunis locis / circūdata maioribus fossis tumultuaria castella firmantur. Nam a castris diminuto uocabulo castella sunt nūcupata. Inter quæ in angariis aliquanti pedites:et equites degentes tutū iter cōmeatibus præstāt. Difficile.n.hostis ad ea loca audet accedere: in quibus et a fronte:et a tergo nouit aduersarios commorari.

Quæ et quanta consideranda sunt:ut intelligatur utrum superuentibus et insidiis: an publico debeat marte confligi.

q Visquis hos artis bellicæ cōmentarios ex probatissimis auctoribus breuiatos legere dignabitur q̄primum ratōnem prælii: pugnādiq; cupit audire præcepta. Sed cōflictus publicus duarū: aut trium horarum certamine diffinitur. Postq̄ eius partis quæ superata fuerit / spes omnis intercidit:ideo omnia ante cogitanda sunt:ante tentanda: ante facienda:q̄ ad ultimū ueniatur abruptum. Boni.n. duces nō aperto marte prælīū:in quo est cōmune periculū:sed ex occulto semper attētant:ut integris suis / q̄tos possunt hostes interimāt certe uel terreant:In qua parte:quæ necessaria admodum sunt ab antiquis reperta / perscribam. Præcipua ars / et utilitas ducis ē:ut adhibitis de uniuerso exercitu scientibus belli et sapientibus uiris de suis et copiis hostium sæpius tractet. Omni q̄plurimū notet adulatione summota / utrum maiorem numerum pugnatorū ipse / an hostes habeāt / utrum ipsius / an aduersariorum homines magis armati sint et muniti:qui magis exercitati:qui sint in necessitatibus fortiores. Quærendū est etiam:utra pars pedites / utra equites habeat meliores. Sciendumq; in peditibus maxime consistere robur exercitus:et inter ipsos equites: qui contatis:qui sagittariis antecedant:qui plures loricas īduerit:quis utiliores equos adduxerit. Postremo loca ipsa:in quibus pugnādū ē / utrum inimicis / an nobis uideantur accōmoda. Nam si equitatu gaudemus: campos optare debemus. Si peditibus loca eligere angusta fossis. paludibus. uel arboribus impedita:

et aliquotiens montosa:cui magis uictus abundet/q̃ desit. Nã fames ut dicitur/ intrísecus pugnat/ et uincit sæpius sine ferro. Maxime au tem tractandũ ẽ:utrum expediat necessitatem ꝓtrahi/ an celerius di micare. Interdum autem sperat aduersarius in expeditionem cito pos se ueniri. Et si delatus fuerit in longũ:aut penuria exercitus macerat̃/ aut desiderio suorũ reuocatur ad ꝓpria. aut nihil magnũ faciens/ per desperationẽ abire compellitur. Tũc fracti labore/ac tedio plurimi de ferunt. aliquanti ꝓdunt. aliquãti se tradunt. Quia aduersis rebus rari or fides ẽ:ut nudari ícipit:qui copiosus aduenerat. Ad rẽ ptinet nosse qualis ipẽ aduersarius/ uel eius comites sint/utrũ temerarii/ an cauti/ an audaces/ an timidi/ sciẽtes artẽ bellicã/ an ex usu temere pugnan tes/ quæ gẽtes cũ iis fortes:quæ ignauæ pugnauerint. Nostra auxilia cuius fidei:quarũq; uiriũ sint:quos illius copiæ animos: quos noster exercitus. quæ pars sibi magis uictoriã repromittat. Eiusmodi.n. cogi tationibus uirtus augetur/ aut frangitur. Desperãtibus aũt crescit au dacia adhortatione ducis/ et si nihil ipẽ timere uideatur/ crescit ani mus:si ex insidiis:uel occasione aliquid fortiter fecerit. Si hostibus ad uersæ res cœperint euenire. Si infirmiores/ aut minus armatos ex ini micis potuerit superare. Cauendũ quoq;:ne dubitantẽ formidantẽq; exercitũ ad pugnã publicã aliquãdo ꝓducas. Interest utrũ tyrones:an ueteres milites habeas:utrũ ante breue tẽpus in expeditõnibus fuerit: an annos aliquot in pace durarint. Nã ꝓ tyronibus accipiendi sunt:q̃ pugnare lõgo tempore desierũt. Sed cũ legiones:auxilia: uel equites ex diuersis aduenerint locis/dux optimus/ et sepatim omẽs p tribunos electos:quorũ scitur industria ad omnia genera exercere debet armo rũ. Et post in unũ collectos/quasi depugnaturos cõflictu publico exer cebit. Ipse sæpius tentabit/ quicquid artis habere possunt quid uiriũ: queãdmodum sibi consentiant:utrum ad tubarũ monita:ad signorũ indicia:ad præcepta:uel nutum suũ diligenter obtẽperent. Si errant í aliquibus:exerceantur:atq; doceantur/ q̃ diu possint esse pfecti. Si uero in cãpi cursione/ in sagittando/ in iaculando/ in ordinãda acie ad plenumq; fuerint eruditi:ne sic quidẽ temere occasione captata ad publicã deducendi sunt pugnã/ sed ante minoribus prælíís imbuẽdi. Dux itaq; uigilans/ sobrius/ prudẽs/ tanq̃ de ciuili causa inter partes iudicaturus/ adhibito consilio de suis: et hostium copiis iudicet. Et si multis rebus superior inuenitur/ oportunum sibi non differ at inire conflictum. Si uero aduersarium intelligit potiorẽ/ certa

men publicum uitet. Nam pauciores numero et iferiores uiribus sub bonis ducibus superuentus: et insidias facientes reportauerunt sæpe uictoriam.

Quid fieri oporteat: si quis desuetum a pugna exercitum habeat: uel Tyronem.

Omnes artes: omniaq; opa quotidiano usu et iugi exercitatõne pficiunt. Quod si in paruis uerũ est: q̃to magis decet in maximis custodiri. Quis aũt dubitat artẽ bellicã rebus omnibus ẽẽ potiorẽ: p quã libertas retinet: et dignitas puinciæ propagatur: et conseruat imperiũ. Hãc quondã Lacedemonii relictis doctrinis omnib: quod postea cõsueuerũt Romani. Hanc solã hodie quoq; barbari putant esse seruãdã. Cætera omnia aut in hac arte consistere aut p hanc assequi se posse cõfidunt. Hæc dimicaturis ẽ necessaria: p quã uitam retineãt et uictoriã consequantur. Dux ergo: cui tantæ potestatis insignia tribuuntur: cuius fidei ac uirtuti possessorũ fortunæ. tutela urbium. salus militum reip. traditur gloria non tantũ p uniuerso exercitu sed et pro singulis contubernalibus debet esse sollicitus. Siquid enim illis eueniat in bello et illius culpa et publica uidet iniuria. Ergo si tyronem uel diu armis desuetum ducit singularum legionũ: siue auxiliorum: necnon etiam uexillationũ uires animos consuetudinem diligenter exploret. Sciat etiam: si potest fieri nominatim quis comes qs tribunus qs domesticus quis contubernalis: quãtũ possit ĩ bello: auctoritatemq; maximam seueritate sumat. Omnes culpas militares legibus uindicet. Nulli errantium credatur ignoscere. In diuersis locis ex diuersis occasionibus omnium expimenta pcipiat. His: ut oportet ita curatis cum dispersi ad prædandũ securi oberrant hostes: tunc pbatos equites: siue pedites cum tyronibus aut inferioribus mittat: ut ex occasione fusis inimicis et illis peritia reliquis crescat audacia. Ad transitus fluuiorum. ad præcipitia montium ad siluarũ angustiam ad paludum aut uiarum difficultates supuentus nullo sciente disponat. atq; iter suum ita temperet: ut aut cibum capientes: aut dormientes: aut uacantes certe securos inermes discalciatos distractis equis nihil suspicãtes ipse paratus inuadat: quatenus in huiusmodi certaminib⁊ sui fiduciam colligant. Nã qui ante longum tẽpus aut omnino nunq̃ uidere hõies uulnerari: aut occidi: cũ primũ aspexerint phorrescũt et pauore cõfusi de fuga magis: q̃ de cõflictu ĩcipiũt cogitare. Prætérea si excurrãt aduersarii lõgo itinere fatigatos aggredia

tur / et ultimos certe uel insperatos superueniat. Eos ēt qui longe a su is aut pabuli: aut prædæ gratia cōmorant̄ subito occupet cū delectis. Illa. n. ante tentāda sunt: quæ si male cesserint / minus noceāt. si bene plurimū ꝓsint. Inter hostes discordiarū serere causas sapientis ē ducis. Nulla. n. q̄uis sit minima natio cito potest ab aduersariis deleri: nisi seipsam ꝓpriis simultatibus cōsumpserit. Nā sic ciuile odiū ad inimicorū ꝑniciē præceps ē. ad utilitatē suæ defensionis incautū. Vnū illud in hoc opere prædicādum est: ut nemo desperet fieri posse: quæ facta sunt. Dicat aliquis. multi sunt āni: quibꝰ nullus fossa: uallo: aggereq̄ mansurū circūdat exercitū. Respōdebitur. si fuisset ista cautela / nihil diurni: aut nocturni superuentus hostiū nocere potuissent. Persæ imitantes Romanos ductis fossis castra cōstituūt. Et quia arenosa sunt ꝓpe omnia / expuluerulēta / quæ effunditur terra / cōplēt saccos: quos inanes portauerant: eorūq̄ cumulo aggerē faciūt. Omnes barbari carris suis connexis in orbē ad similitudinē castrorū / securas a superuenientibꝰ exigunt noctes. Veremur ne discere nequeamus: quæ a nobis alii didicerūt. Hæc ex usu librisq̄ discēda: quæ antea seruabātur. Sed omissa diu nemo quesiuit: quia uigentibus pacis officiis procul aberat bellorū necessitas. Sed ne impossibile uideatur armorū disciplinā: cuius usus intercidit / reparari posse / doceamur exemplis. Ars militaris apud ueteres in obliuionē sæpius uenit. Sed a libris repetita ē. Postea ducū auctoritate firmata ē. Scipio Aphricanus sub aliis īperatoribus hispanienses exercitus frequenter uictos accœpit. Hos disciplinæ regula custodita ita exercuit omni opere / fossisq̄ faciendis: ut diceret / fodiētes luto inquinari debere: qui sanguine hostiū madere uoluerint. Tū ip̄e deniq̄ numātinos sic capta ciuitate sup̄auit: ut nullus euaserit. Metellus in aphrica Albino īperāte subiugatum accepit exercitū: quē ita emendauit ueteribus institutis: et disciplina maiorū: ut postea eos: a quibus sub iugum missi fuerant / superarent. Cimbri quoq̄ Cepionis / et Manilii: et Syllani legiones inter Gallias deleuerūt: quarū reliquias cum. C. Marius suscepisset ita erudiuit scientia / et arte pugnandi ut innumerabilem multitudinem nō solum Cimbrorum: sed etiam Theutonicorum et Tigurinorum publico marte deleret. Facilius est autem ad uirtutē īstruere nouos milites: q̄ reuocare ꝑterritos.

Quæ die agantur: uel procuranda sint: cū publica committitur pugna.

p Ræmiſſis leuioribus artibus belli ad publici conflictus incertū / et fatalem diem nationibus / ac populis ratio militaris diſcipli næ inuitat. Nam in euentu aperti martis uictoriæ magnitudo conſiſtit. Hoc ergo tempore tanto magis duces debent eſſe ſolliciti: q̃to maior ſperatur diligentibus gloria / et maius periculum comitatur ignaros: in quo momento peritiæ uſus / pugnandi doctrina / conſiliū q; dominatur. Veteribus ſæculis mos fuit parco cibo curatos milites ad certamen educere: ut citatiores ſumpta redderet eſca: et longiore conflictu non fatigarentur inedia. Præterea obſeruandum eſt p̃ſenti bus hoſtibus ſiue ex ciuitate ſiue ex caſtris ꝓducas ad prælium: ne dū per anguſta portarum particulatim ꝓcedat exercitus a collectis / et p̃/ paratis debilitetur inimicis. Ideoq; prouidendum eſt: ut ante omues milites egrediantur portas / et aciem prius conſtruāt: q̃ hoſtis adueni at. Quod ſi intra ciuitatem manētibus imparatis aduenerint / aut dif feratur egreſſus: aut certe diſſimuletur / ut cum aduerſarii īſultare cœ perint his: quos non putant exituros: quum ad prædam aut redeūdū conuerterint animum: quū ordines ſoluerint / tunc illis ſtupentibus lectiſſimi quiq; ꝓrumpant: et confeſtim aggrediantur ignaros. Obſer uatur autem: ne longo ſpacio fatigentur milites: ne laſſos poſt curſū equos ad publicum prælium cogas / multum uiriū labore itineris pu / gnaturus amittit. Quid faciet: qui ad aciem anhelus aduentat? hoc et ueteres declinauerunt: et ſuperiori ætate noſtra cum Romani duces per imperitiam non cauiſſent: ne quid amplius dicam exercitus perdi derunt. Impar enim conditio eſt laſſum cum requieto. Sudantem cū alacri. Currentem cum eo qui ſteterit inire conflictum.

Inueſtigandū q̄d ſentiant milites pugnaturi.

i Pſa die: qua certaturi ſunt milites / quid ſentiant diligenter cō uenit explorare. Nam fiducia: uel fortitudo ex uultu / uerbis / inceſſu / motibus cernitur: nec confidas ſatis: ſi tyro præliū cu pit. Inexpertis enim dulcis eſt pugna. Et noueris te oportere differre: ſi exercitati bellatores metuerunt dimicare. Monitis tamen / et oratio ne ducis exercitui uirtus accreſcit / et animus: præcipue ſi futuri certa minis talem acceperint rationem qua ſperent ſe ad uictoriam peruen turos. Tunc inimicorum ignauia: uel error oſtendendus: uel ſi ante a nobis ſuperati ſunt / commemorandū. Dicenda etiam / quibus militū mentes odio aduerſariorum in iram / indignationemq; moueantur. Animis pene omnium hominum hoc naturaliter euenit: ut trepidēt:

cum ad conflictum uenerit. Sine dubio autem formidolosiores sunt: quorum mentes ipse confundit aspectus. Sed hoc remedio formido lenitur. Si ante q̄ dimices/ freq̄ter exercitum tuum locis tutioribus ordines: unde et uidere hostem: et cognoscere cōsuescant. Interdum audeant aliquid ex occasione aut fugent/ aut interimant. Inimicorum mores. aduersariorum arma/ et equites recognoscant. Nam/ quæ ex usu sunt/ non timentur.

Queadmodum locus idoneus eligatur ad pugnam.

b Onum ducem conuenit noscere magnam partem uictoriæ. ipsum locum: in quo dimicandum ē/ possidere. Elabora ergo: ut conserturus manum primū auxilium capias ex loco: qui tanto utilior iudicatur: quāto superior fuerit occupatus. In subiectos. n. uehementius tela descendunt. et maiore impetu obnitentes pars altior pellit. Qui aduerso nititur cliuo/ duplex subit et cum hoste/ et loco certamen. Sed illa distantia ē/ q̄ si de peditibus tuis uictoriam speras contra aduersariorum equites/ loca aspera/ inæqualia/ mōtosa debes eligere. Si uero de equitibus tuis contra aduersariorū pedites uictoriā quæris: sequi debebis paulo quidem editiora loca: sed plana: atq̄ patētia: neq̄ siluis/ neq̄ paludibus impedita.

Quemadmodū acies debeat ordinari/ ut in conflictu reddatur inuicta.

o Rdinaturus aciem tria debet ante prospicere: Solem: Puluerē: et Ventum. Nam sol ante faciem eripit uisum. Ventus contrarius tua īflectit/ ac deprimit/ hostiū adiuuat tela. Puluis a frōte congestus oculos implet: et claudit. Hæc momēto eo/ quo acies ordinatur ēt imperiti uitare solent. Sed duci ꝓuido cauendum est in futurū. ne post paulum accedente die noceat solis mutata cōuersio. Nec uentus aduersus hora solita eo pugnante nascatur. Ita ergo constituātur ordines: ut hæc post occiput nostrum sint. Et si potest fieri/ aduersariorum impetant faciem. Acies dicitur exercitus instructus: frons cuius aduersum hostes spectat. Hæc in publica pugna si sapienter dispo/nitur: plurimum iuuat. si imperite q̄uis optimi bellatores sint/ mala ordinatione franguntur. Instructionis lex ē: ut in primo exercitati et ueteres collocentur milites/ quos antea principes uocabant: In secundo ordine circūdati cathafractis sagittarii: et optimi milites cum spiculis: uel lanceis ordinentur: quos prius hastatos uocabant. Singuli aūt armati in directum ternos pedes inter se occupare consueuerunt. hoc

est in mille passibus sexcentis sexagintasex pedites ordinātur in lōgū: ut nec acies interluceat: et spatiū sit arma tractandi. Inter ordinem et ordinem a tergo in latū sex pedes distare uoluerunt: ut haberent pugnatores spatium accedendi: atq; recedendi. Vehementius.n.cū saltu et cursu tela mittūtur. In ordinib9 his duobus et ætate maturi et usu confidentes: et muniti ēt grauioribus armis collocantur. Hi.n. adinuicem muri nec cedere / nec sequi aliquando cogēdi sunt: ne ordines turbent: sed uenientes aduersarios excipere: et stando: pugnandoq; repellere: uel fugare. Tertius ordo disponitur de armaturis leuissimis / de sagittariis iuuenibus. de bonis iaculatoribus: quos antea ferentarios uocabant. Quartus itē ordo cōstituitur / de scutatis expeditissimis: de sagittariis iunioribus: de iis: qui acriter uerutis: uel martiobarbulis: quas plumbatas uocant / dimicant: qui dicebantur leuis armatura. Sciēdū ergo ē stantibus duobus primis ordinibus. Tertiū / et Quartū ordinē cum missilibus / et sagittis primo loco semper exire. q̄ si hostes in fugam uertere potuerint / ipsi cū equitibus persequūtur. Si uero ab hostibus pulsi fuerint: redeunt ad primā et secundā aciem. et inter ipsos recipiunt se ad loca sua. Prima aūt / et secunda acies: cum ad spatas et ad pila: ut dicitur uētum fuerit: totum sustinet bellum. In quarta acie ponebantur interdum carobalistæ: manubalistarii: fundibulatores: funditores. Fundibulatores sunt: qui fustibulis lapides iaciūt. Fustibulus est fustis longus pedibus quatuor: cui per medium ligatur funda de corio: et utraq; manu impulsus prope istar onagri dirigit saxa. Funditores sunt: qui fundis utuntur lino / uel setis factis. Has.n. dicūt esse meliores: cum torto circa caput brachio dirigunt saxa: quibus scuta deerant siue lapidibus manu iactis / siue missilibus in hoc ordine dimicabant. Quos Accensos / tanq̄ iuniores et postea additos nominabāt. Sextus ordo post omnes a firmissimis / et scutatis: et omni genere armorū munitis bellatoribus tenebatur: quos āntiqui triarios uocabāt. Hi / ut requieti / et integri uehementius hostes inuaderent / post ultimas acies sedere cōsueuerūt. Si quid enim primis ordinib9 accidisset / de eorum uiribus reparationis spes tota pendebat.

Ratio podismi quātū spaciū inter singulos homines in longum / uel inter singulos ordines custodiri debeat in latum.

e Xplanato autem / qualiter debeat instrui acies / nūc podismū mensuramq; ipsius ordinationis exponam: In mille passibus

campi una acies millesexcentossexagintasex suscipit pedites / ꝓpterea quia singuli bellatores ternos occupant pedes. Qđ si sex acies in mille passibus cāpi ordinare nolueris nōgentinonagintasex pedites sunt necessarii. Si aūt in ternos ordines ultra hunc numerū uolueris tendere: duo milia passuum cōprehendes. Sed melius ē plures acies facere: q̄ milites spargere. Senos aūt pedes a tergo in latū diximus debere patere. et ipsi bellatores stātes singulos obtinēt pedes. ideoq; si sex acies ordinabis | quadraginta et duos pedes in latū / et mille passus in longū. et. x. hominū tenebit exercitus. Si aūt interno uolueris. xx. et unū pedes in latū et duo milia passuū in longū decē miliū tenebit exercitus. Ad hanc rationē siue uiginti milia / siue triginta peditū fuerint iuxta mēsurā podismi sine aliqua difficultate poterūt ordinari. Nec dux fallitur | cū sciat qui locus q̄tos possit capere armatos. Deniq; si angustior locus sit ne multitudo possit sufficere / iam inde nouem: uel amplius ordinari acies cōuenit. Magis. n. conuenit: ut conferti pugnēt: q̄ lōgius separati a suis. nam si nimiū fuerit attenuata acies / cito aduersariis facta impressione dirūpitur: et nullū postea poterit esse remediū. Qui aūt numeri in dextro cornu: qui in sinistro: qui in medio debeāt ordinari / uel iuxta dignitates eorū seruatur ex more: uel certe ꝓ qualitate hostiū cōmutatur.

De equitibus ordinandis.

Onstructa acie peditum / equites ponuntur in cornibus ita ut loricati omnes: et contati iuncti sint peditibus. Sagittarii aūt: uel qui loricas non habent longius euagentur. A fortioribus nāq; equitibus peditū protegenda sunt latera: et a uelocioribus atque expeditis hostiū cornua superfundenda sunt: atq; turbanda. Scire debet dux / contra quos drumos: hoc ē globos hostiū quos equites oporteat poni. Nā nescio qua occulta ratione | immo pene diuina alii cō tra alios dimicant melius. et qui fortiores uicerant / ab inferioribus sæpe uincuntur. Quod si equites impares fuerint more ueterum uelocissimi cum scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati eisdem miscendi sunt: quos explicitos uelites nominabant. Quo facto q̄uis fortissimi equites uenerint: tamen aduersum mixtum agmen pares esse non possunt. Vnum hoc remedium ueteres duces habuisse dicūtur. ut assuefacerent iuuenes currētes egregie et inter binos equites singulos ex his pedites collocarent cum scutis leuioribus: gladiis: atq; missilibus.

De subsidiis: quæ post aciem collocantur.

Ed optima ratio ē: et ad uictoriā plurimū confert: ut electissi
f mos de peditibus: equitibus: conuicariis: comitibus: tribunisq;
uacantibus habeat dux post aciem præparatos | alios circa cor
nua: alios circa mediū: ut sicubi hostis uehemēter insistit | ne rumpat
acies: ꝓuolent subito: et suppleāt loca: additaq; uirtute inimicorū frā/
gatur audacia. Hoc primi Lacones inuenerūt. Carthaginenses imita /
ti sunt illos. Romani postea ubiq; seruauerunt. Hac dispositione nul
la melior inuenitur. Nā si directa acies hoc agere debet si pōt: ut hostē
repellat: aut fundat. Si cuneus ē agēdus aut forfex | superfluos habere
debebis post aciē: de quibꝰ cuneū: uel forficē facias: si copia de ꝓximo
ducenda sit. Serra itē ex abūdātibus ducitur. Nā si de loco suo ordina/
tū militē trāsferre cœperis | uniuersa turbabis. Si globus hostiū supera
tus aut alā tuā: aut partē aliquā urgere cœperit nisi superfluos habeas:
quos contra globos possis opponere siue pedites | siue equites de acie
tuleris: dum aliā uis defendere: aliā periculosius denudabis. ꝙ si bella/
torū tibi copia nō abundat: melius ē aciem habere breuiorē dūmodo
in subsidiis colloces plurimos. Nā plures circa medias partes campi ex
peditibus bene armatis debes habere lectissimos: de quibus cuneū faci
as et statim hostiū acies rūpas. Cōtra cornua aūt de contatis loricatisq;
equitibus ad hoc seruatis | et leui armatura peditum alas hostium cir/
cumuenire te conuenit.

In quo loco primus dux stare debeat: ī quo secūdus: ī quo tertius.

Vx qui præcipuā sustinet potestatē | in dextra parte inter equi
tes: et pedites stare cōsueuit. Hic.n. locus ē: ī quo tota acies gu
d bernatur: ex quo ē rectus: liberq; ꝓcursus. Ideo inter utrosq;
consistit: ut et consilio regere: et auctoritate tā equites ꝙ̄ pedi
tes possit hortari ad pugnā. Hic de equitibus supernumerariis mixtis
peditibus expeditis aduersariorū sinistrū cornu: quod stat contra ip̄m
circuire debet: et a tergo semper urgere. Secundus dux in media acie
ponitur peditum: qui eā sustētet | et firmet. Hic fortissimos pedites et
bene armatos de superfluis secū habere debet: de quibus aut ipse cu /
neum faciat: et hostiū aciē rūpat. Aut si aduersarii cuneū fecerint | ip̄e
forficē faciat: ut cuneo illi possit occurrere. In sinistra parte exercitus
debet esse tertius dux satis bellicosus: et ꝓuidus: quia sinistra pars dif
ficilior ē et uelut manca in acie consistit. Hic bonos equites supernu/
merarios: et uelocissimos pedites secum habere debet: de quibus sini /
strum cornu semꝑ extendat: ne circūueniatur ab hostibus. Clamor au

tem:quem barritum uocant non prius debet attolli / q̃ utraq; acies se iunxerit. Imperatorũ enim est / uel ignauorum uociferari de longe / cũ hostes magis terreantur / si cum tellorum ictu clamoris horror accesse rit. Studere aũt semper debes: ut prius instruas aciem: q̃ hostis: quia ex arbitrio tuo potes facere: quod tibi utile iudicas: cum nullus obsistat. Deinde tuis auges confidentiam / et aduersariis minuis fiduciã. Quia fortiores uidentur: qui ꝓuocare non dubitant. Inimici aũt incipiunt formidare: qui uident contra se acies ordinari. Huic additur maximũ cõmodum: quia tu instructus: paratusq; inordinatũ et trepidũ aduer sariũ præocupas. Pars. n. uictoriæ ẽ inimicũ turbare ante: q̃ dimices. Barritus.

Quibus remediis uirtuti: uel dolis hostiũ resistatur in acie.

e Xceptis superuentibus uel incursionibus repentinis ex occasi one: quã nũq̃ dux exercitus amittit. Nam in itineribus iã fati gatis in fluminũ trangressione diuisis in paludibus occupatis / in iugis montiũ laborantibus. In campis sparsis: atq; securis in mansi one dormientibus / oportunũ semꝑ prælium infertur. Cum aliis nego ciis occupatus hostis prius interimatur: q̃ præparare se possit. Q d' si cauti sint inimici / et insidiarũ nulla sit copia: tunc aduersum presen tes / scientes / uidentesq; æquã conditione pugnatur. Inde ars belli in hoc aperto conflictu magis q̃ in occultis fraudibus adiuuat eruditos. Cauendũ uel maxime ne ab ala: cornuq; sinistro: quod sæpius euenit: uel certe dextro: quod tamen raro contingit / circũueniãtur tui a mul titudine hostiũ a uagantibus globis: quos drumos uocãt. Quod si ac ciderit / unũ remediũ ẽ: ut alam / cornuq; replices / et retundas / quate nus conuersi tui sociorũ terga defendant. Sed in angulo ipsius extre mitatis fortissimi collocẽtur: quia ibi impetus amplior fieri cõsueuit. Item aduersus cuneũ hostiũ certis modis resistitur. Cuneus dicit̃ mul titudo peditũ: quæ iũcta cũ acie primo angustior: deinde latior proce dit: et aduersariorũ ordines rũpit: quia a pluribus in unũ locũ tela mit tũtur: quã rem milites caput porcinũ uocant. Contra quẽ ordinatio ponitur: quam forficẽ uocãt. Nã e lectissimis militibus in unũ confer tis in. V. litteram ordo cõponitur / et illũ cuneũ excipit: atq; ex utra q; parte concludit: quo facto aciem nõ potest rumpere. Itẽ serra dicit̃ quæ a strenuissimis directa ante frontẽ opponitur hostibus ut turbata acies reparetur. Globus aũt dicitur: qui a sua acie separatus uago sup Drumi. Globus. Cuneus. Porcinũ c. Forfex. Serra Globus

uentu incursat inimicos. Contra quē alter populosior: uel fortior im mittitur globus. Obseruandum quoq; ē: ne sub tēpore: quo iam com mittitur pugna uelis ordines commutare: ac aliquos numeros ad alia transferre. Statim enim nascitur cōfusio: atq; tumultus. et imparatis / conturbatisq; facilius hostis incumbit.

Quot generibus pugna publica cōmittatur: et quō etiā qui īferior ē numero et uirib⁹ ualeat obtinere uictoriam.

Epugnationū septem sunt genera: cum infesta ex utraq; par / te signa confligant. Vna depugnatio est frōte longa / qua / drato exercitu: sicut et nunc ꝑpe semper solet prælīū fieri. Sed hoc genus depugnationis periti armorū: non optimum iudicāt: quia cum in prolixo spatio contenditur acies nō æqualis semper cāpus oc / currit: et hiat aliquādo in medio sinus: uel curuatura fit: ī eo loco fre / quenter acies irrumpitur. Præterea si multitudine aduersarius antece dit a lateribus / aut dextram: aut sinistram alam circūuenit: in quo pe riculū magnum est: nisi supernumerarios habeas: qui sustineant: ho / stemq; repellant. Hoc genere solus debet cōfligere: qui et plures: et for tes habuerit bellatores. ut ex utroq; cornu hostem circūueniat: et qua si in sinum sui exercitus concludat. Secunda depugnatio publica ē: quæ plurimis melior: ī qua si paucos strenuos ordinaueris loco idoneo ēt si multitudine hostium et uirtute turberis: tamen poteris reportare uictoriam. Huius talis est modus. Cum instructæ acies ad cōgressum ueniant: tunc tu sinistram alam tuam a dextera aduersarii tui lōge se / parabis: ne uel missilia: uel sagittæ ad eam perueniant. Dexteram alā autem tuam sinistræ alæ illius iūges. et ibi primū inchoa prælium ita / ut cum equitibus optimis: et peditibus probatissimis sinistram partē il lius: ad quam te iūxeris: aggrediaris. et detrudendo: atq; supercurren / do ad hostium terga peruenias. Qđ si semel aduersarios exinde pelle re cœperis / accedentibus tuis indubitatā uictoriā consequeris. Et pars exercitus tui: quam ab hoste summoueris / secura durabit. Ad similitu dinē autem. A. litteræ: uel libellæ fabrilis acies in hoc dimicandi gene / re constituitur. Qđ si aduersarius te prior fecerit: quos post aciem su pernumerarios diximus / debere poni tam equites: q̄ pedites / ad sini strum tuum colliges cornu. et sic aduersario resistes magnis uiribus: ne arte pellaris. Tertia depugnatio est similis secundæ / sed in hoc deterior: ꝙ a sinistro cornu tuo cum illius incipis dextro confligere. Nā quasi mācus īpetus est eorū et aperti cū difficultate eorum aggre

diuntur hostes: qui dimicant in sinistro cornu. Quod apertius explanando dicam. Si quando alam tuã sinistrã longe habueris meliorem. Tunc .ii. fortissimos equites: peditesq; coniunge et in congressu. Et ipsam primã applica ad aliam hostium dexteram. Et q̃tũ potes aduersarii dextrã pellere: et circũire festina. Tu aũt aliam exercitus partẽ: ĩ qua deteriores bellatores habere te nosti a sinistra illius longissime separa: ne uel gladiis inuadatur: uel ad eam tela perueniant. In hoc genere cauendũ ẽ: ne inimicorũ cuneis transuersa tua acies elidatur. hoc autem modo uno casu utiliter pugnatur. Si aduersarius infirmius dextrum cornu habuerit: tu longe fortius sinistrum. Quarta depugnatio est talis. Cum ordinaueris aciem ante quadringentos: uel quingentos passus q̃ ad hostes peruenias non sperante eo subito ambas alas tuas incitare te conuenit: ut ex utroq; cornu improuisos hostes uertas in fugam: et celerius uictoriam cõsequaris. Sed hoc genus certaminis licet cito superet: si exercitatissimos fortissimosq; produxerit: tamẽ periculosum ẽ: quia mediam aciem suã qui sic dimicat denudare cõpellitur: et ĩ duas partes exercitum separare. Et si primo impetu uictus inimicus nõ fuerit: habet postea occasionẽ: qua inuadat: et diuidat cornua: et mediam aciem destitutam. Quinta depugnatio est similis quartæ. Sed hoc unum amplius habet: quia leuem armaturam: et sagittarios ante mediam aciẽ ponit: ut illis resistentibus acies nõ possit irrumpi. Nam sicut de dextro cornu illius sinistrũ: et sic de sinistro cornu illius dextrum aggreditur. Quod si fugare potuerit: statim uincit: sin minus media acies illius nõ laborat: quia a leui armatura: et sagittariis defenditur. Sexta depugnatio est optima: et prope similis secundæ: qua utuntur: qui de numero suorum: et de uirtute desperant. Et si bene ordinauerint quamuis cum paucioribus semper uictoriam consequuntur. Nam cum instructa acies ad hostes accedat dextram alam tuam sinistræ alæ hostium iunge. et ibi per equites probatissimos: et pedites uelocissimos incipe præliari. Reliquam autem partem exercitus tui a dextra parte illius longissime remoue. et in directũ porrige quasi ueru. Nam cum sinistram partem illius a tergo et a lateribꝰ cœperis cædere sine dubio uertes in fugã. Aduersarius aũt nec de dextro cornu suo: nec dimidia acie põt suis labõtãtibꝰ subuenire: q̃a acies tua extẽdit: et tota se porrigit ad similitudinẽ .I. litteræ longissimæ quæ recedit ab hosti

bus:Quo genere in itineribus sæpe cõfligitur. Septima depugnatõ ẽ:quæ loci beneficio adiuuat dimicãtẽ. In hac quoq; et cũ paucioribꝫ et cũ minus fortibus poteris aduersarios sustinere. Si mare aut mõtẽ: aut lacũ:siue flumẽ:aut paludes:siue ciuitatẽ:seu abrupta in una parte habeas:ex qua hostis nõ possit accedere. Reliquũ exercitũ tuũ directa acie ordines. Sed in illa ala quæ munitionẽ nõ habet:omnes equites:et ferẽtarios ponas. Tũc securius cũ hoste ꝓ tuo arbitrio cõfliges: quia ab una parte loci natura te munit. Ab alia duplex ꝓponit̃ equitatus. Illud tamẽ obseruãdũ ẽ:quo nihil melius:ut siue de dextro cornu tuo cũ illius sinistro pugnare uolueris:ibi fortissimos ponas: siue de sinistro cũ illius dextro ibi strenuissimos colloces. siue in medio facere uolueris cuneos:per quos acies hostiũ rũpas in cuneo exercitatissimos ordines bellatores. Victoria.n.per paucos fieri consueuit. Tantũ ẽ:ut electi a duce sapientissimo in his locis:in quibus ratio et utilitas postulat ordinentur.

Viã abscedẽdi ab hostibꝫ dãdã:ut deleant̃ facilius fugientes.

p Leriq; rei militaris ignari pleniorem uictoriã credũt:si aduersarios aut in locorũ angustiis:aut armatorũ multitudine circũdederint:ut nõ inueniãt aditũ abscedẽdi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia. et cũ spei nihil ẽ sumit arma formido. Libenter cupit cõmori:qui sine dubio scit ẽẽ moriturũ. Ideo Scipionis ẽ laudãda sententia. qui dixit uiã hostiũ:qua fugerẽt nõ ẽẽ muniẽdã. Nã cũ abscedẽdi aditu patefacto mẽtes omniũ ad præbenda terga cõsenserint: multi more pecudũ trucidantur:nec cõsequẽtiũ ullũ periculũ ẽ:qum uicti: quibus defendi poterant arma conuerterũt. Hoc genere q̃to maior fuerit exercitus:tanto facilius multitudo ꝓsternitur. Neq;.n. ibi requirẽdus ẽ numerus:ubi animus semel territus nõ tã tela hostiũ cupit declinare:q̃ uultũ. Cæterum clausi licet exigui numero:et infirmi uiribus: tamen hoc ipso hostibus sunt pares:quia desperantes sciunt sibi aliquid nõ posse licere. Nã una salus uictis nullã sperare salutem.

Queadmodũ recedat̃ ab hostibus:si cõsilium pugnæ displiceat.

d Igestis omĩbꝫ:quæ ratio militaris experimẽtis:et arte seruauit: unũ sup̃est docere: queadmodũ recedat̃ ab hostibꝫ. Nã disciplinæ bellicæ:et exẽplorũ periti nusq̃ maius p̃iculũ iminere testant̃. q̃ a cõgressu recedat ex acie:suis fiduciã minuit:et inimicis ad

(dit au

daciam. Verum quia hoc sæpius necesse est euenire| quibus modis tu te possit fieri / declaradū est. Primum ut tui nesciāt te ideo decedere: quia declinas inire cōflictū. Sed credant se arte aliqua ideo reuocari: ut ad opportuniorē locū inuitetur hostis: ut facilius superetur. Vel cer te insequētibus aduersariis secretiores collocent insidiæ. Nā necesse ē ad fugā parati sint: qui ducē suū sentiūt desperare. Illud quoq; uitan dū ē: ne hostes te recedere sentiant: et statim irruāt. Propterea pleriq; ante pedites suos equites posuerūt: ut discurrentes aduersarios uidere nō sinerent: quando pedites abscedebant. Itē particulatim incipiētes a primis singulas acies subducebāt: retroq; remeabāt in gradu suo / reli quis manentibus quos sensim post acies seq; ad illos iungebant: quos subduxerant | q̄primū aliquantis exploratis itineribus noctu cū exer/ citu recedebāt: ut hostes die orto/ cū nō itellexissent nō possent præce dentes cōprehēdere. Preterea leuis armatura præmittebatur ad colles: a qua subito tutus reuocaretur exercitus. et si hostes īsequi uoluissēt / a leui armatura: quæ antea occupauerat locū | aditis equitibus funde bantur. Nihil. n. periculosius existimatur q̄ si inconsulte insequētib9 ab his: qui in subsessa fuerint: uel ante se parauerint / obuietur. Hoc tēpus est quo oportune collocentur insidiæ / quia aduersum fugiētes maiorū audacia et minor cura ē. Necessarío aūt amplior securitas so / let grauius discrimen habere. Imparatis cibū capientibus in itinere la psis equos suos pascentibus ac nihil tale suspicantibus superuentus as solet fieri. Quod et nobis uitandū est et hosti in huiusmodi occasio / nibus pernicies inferēda. Hoc. n. casu oppressis nec uirtus potest: nec multitudo prodesse. Qui in acie publica uícitur pugna: licet et ibi ars plurimū prosit / tamen ad defensionē suā potest accusare fortunam. Qui uero superuentus: et insidias passus est / et subsessas: culpam suā excusare non pōt: quia hoc uitare potuit. et per speculatores idoneos ante cognoscere. Cum receditur: talis fraus fieri cōsueuit. Pauci equi tes recto itinere consequuntur Valida manus occulte per alia mittit loca: ubi ad agmen inimicorū peruenerunt equites: leuiter tentāt: atq; discedunt. Ille credit / quicquid insidiarum fuerat | præteriisse: et sine cura resoluitur in negligentiam. Tunc illa manus: quæ occulte p alia loca destinata fuerat supueniēs opprimit ignaros. Multi cū ab hoste discedūt: si p siluas ituri sūt | præmittūt. q p angusta: uel abrupta oc / cupāt loca/ ne ibidem ab aduersariis patiant insidias. et rursus post se

præcisis arboribus uias claudunt:quas compedes uocant:ut hostibus facultatem adimāt persequendi.et pene utriq; parti ad subsessas in itinere cōmunis occasio ē. Nā qui præcedit opportunis uallibus:uel siluosis mōtibus quasi post se relinquit insidias:in quas cū inciderit inimicus recurrit ipse:et adiuuat suos. Qui uero auersis semitis sequitur longe ante destinat expeditos et p̄cedendo aduersariū arcet a trāsitu. ut deceptū a tergo et a frōte cōcludat. Dormientibus noctu aduersariis et qui præcessit potest regredi:et qui sequitur q̄tūuis intersit pōt superuenire ad fraudē. In transfretatione fluuiorum qui p̄cessit illā partē tentat opprimere:quæ præmissa transierat dum reliqui alueo separantur. Qui uero sequitur festinato itinere illos q nō potuerunt transire conturbat.

De Camelis cathafractatis equitibus.

Camelos aliquātæ nationes ī acie ꝓduxerūt apud ueteres:ut ursiliani ītra Aphricā. Macetes hodie quoq; producūt. Sed hoc genus animaliū et arenis tolerādū ē: et siti aptū. Confusas ēt in puluere uento uias absq; errore dirigere memorantur. Cæterū p̄ter nouitatē si ab insolitis dimoueatur inefficax bello ē. Cathafracti e qui ꝓpter munimina quæ gerunt a uulneribꝰ quidē tuti. Sed ꝓpter īpedimentū et pondus armorū capi eos facile ē. Aliiq; sunt frequētet obnoxii contra dispersos pedites q̄ cōtra equites in certamine meliores:tamē sunt aut ante legiones positi:aut cū legionariis mixti:quando cōminus:hoc ē manu ad manū pugnat acies sæpe hostiū rūpūt.

Queadmodū quadrigis falcatis:uel elephātis ī acie possit obsisti.

Quadrigas falcatas in bello Rex Antiochus:et Mythrydates habuerūt:qui ut primo magnū in acie intulere terrorē: ita post modū fuere derisui:nā difficile currus falcatus planū semꝑ inuenit cāpū et leui impedimēto tenetur. Vnoq; afflicto:aut uulnerato equo decipitur:sed maxime Romanorū militū arte perierunt. Vbi ad pugnā uentū ē. repente Romani toto cāpo tribulos deiecerunt: in quos currentes quadrigæ cū incidissent deletæ sunt. Tribulus ē aūt in quatuor palis fixū propugnaculū : quod quoquo mō abieceris tribus radiis stat et erecto quarto infestus ē. Elephāti in præliis magnitudine corporū barritus horrore formæ ipsius nouitate hoīes equosq; cōturbāt. Hos cōtra romanū exercitū prius ī lucania rex Pyrrhus eduxit. Postea Hannibal ī Aphrica. rex Antiochus ī oriēte. Iugurtha ī Numidia co

pioſos habuerunt aduerſus quos diuerſa reſiſtendi genera armorũ excogitauerunt. Nam et centurio in Lucania gladio manum / quã promuſcidẽ uocãt uni abſcidit. et bini cathafracti equi iungebantur ad currũ: quibus inſidentes clibanarii ſariſſas id ẽ longiſſimos contos ĩ elephãtos dirigebant. Nã muniti ferro nec a ſagittariis: quos uehebãt beluæ lædebantur et earũ impetũ equorũ celeritate uitabant. Alii cõtra elephantos cathafractoſ milites immiſerunt / ita ut in brachiis eorũ / et in caſſidibus / uel humeris aculei ingentes ponerẽtur e ferro: ne manu ſua elephas bellatorem contra ſe uenientem poſſet apprehẽdere. Præcipue tamen uelites ante elephantos antiqui ordinauerunt. Velites autẽ erant iuuenes leui armatura / corpore alacri: qui ex equis miſſilia optime dirigebant. Hi equis prætercurrentibus ad latiores lanceas / uel maiora ſpicula beluas occidebant. Sed creſcẽte audacia poſtea collecti plures milites / pariter pila id eſt miſſilia in elephantos congerebant: eoſq; uulneribus elidebant. Illud tamen additum eſt: ut funditores cum fuſtibalis / et fundis / rotundis lapidibus deſtinatis in hos: ꝑ quos regebantur elephanti cum ipſis turribus affligerent: atq; mactarent: quo nihil tutius inuenitur. Præterea uenientibus beluis / quaſi aciem irrupiſſent / ſpatiũ milites dabant. Quæ cũ in agmen mediũ ꝑueniſſent circũfuſis undiq; armatorũ globis cũ magiſtris abſq; uulneribus capiebantur illæſæ. Carrobaliſtas aliquanto maiores. Hæ. n. longius: et uehementius ſpicula dirigunt: ſuperpoſitas curriculis cũ binis equis aut mulis poſt aciem ordinari conuenit. Et cum ſubiactu teli acceſſerint beſtiæ ſagittis baliſtariorũ tranſfiguntur. latius tamen et firmius contra eas præfigitur ferrum: cum in maioribus corporibus maiora ſint uulnera. Aduerſus elephãtos plura exempla / et machinamẽta rettulimus: ut ſi quando neceſſitas poſtulauerit / ſciatur: quæ ſint tam immanibus beluis opponenda.

Quid fieri debeat / ſi uel pars fugerit uel totus exercitus.

ſ Ciendũ uero eſt: ſi pars exercitus fugerit / et pars uicerit minime deſperandũ cum eiuſmodi in neceſſitate ducis conſtantia totam ſibi poſſit uendicare uictoriã. Innumerabilibus hoc accidit bellis: et pro ſuperioribus habiti ſunt: qui minime deſperauerũt. Nã in ſimili cõditione fortior credit: quẽ aduerſa nõ frãgũt. Prior ergo de ceſis hoſtibꝫ ſpolia capiat quod ipſi dicũt / colligat cãpũ. Prior clamore ac buccinis exultare uideat. hac fiducia ꝑterrebit inimicos ita ſuis fiduciã geminabit quaſi uictor ex omni parte diſceſſerit. qđ ſi ali

(quo caſu

omnis in acie fundatur exercitus / perniciose tamē cladis reparatōnis multis fortuna nō defuit: et medicina quærēda est. Dux ergo ꝓuidus sub ea cautela publico debet marte confligere: ut si quid pro uarieta te bellorum: uel cōditionis humanæ / secus acciderit / absq; graui de trimento liberet uictos. Nam si uicini fuerint colles. Si post terga mu nitio. Si cæteris abscedētibus fortissimi quiq; restiterint: se / suosq; ser uabunt. Frequenter iam fusa acies dispersos ac passim sequētes repa ratis uiribus interemit. Nam nunq̄ exultātibus maius solet euenire di scrimen: q̄ cum exhibita ferocia subito ī formidinem cōmutatur. Sed quicunq; euentus sint / colligendi sunt superstites bello erigēdi adhor tationibus congruis: et armorum instauratione refouendi. Tunc no ui delectus: noua quæruntur auxilia. Et quod amplius prodest capta tis occasionibus in ipsos uictores per occultas insidias impetus facien dus est: ac sic audacia reparanda. Nec opportunitas deerit: cum pro fe licitate superbius / et incautius mentes efferantur humanæ. Siquis hūc casum ultimum putet / cogitet euentus omnium præliorum inter ini tia contra illos magis fuisse quibus uictoria debebatur.

Regulæ bellorum generales.

i N omnibus præliis expeditionis conditio talis est: ut quicquid tibi prodest / aduersario noceat. quod illum adiuuat: tibi sem per officiat. Nunq̄ ergo ad illius arbitrium aliquid facere: aut dissimulare debemus: sed id solum agere: quod nobis utile iudicamus Contra te enim incipis esse: si imitaris: quod ipse fecit pro se. Et rursū quicquid ꝓ tua parte tentaueris: contra illum erit: si uoluerit imitari. In bello qui plus in angariis uigilauerit: plusq; in exercendo milite la borauerit / minus periculum sustinebit. Nunq̄ miles in aciem produ cendus est: cuius antea experimenta non cœperis aut inopia aut super uentibus / aut terrore. Melius est hostem fame domare: q̄ prælio: ī quo amplius solet fortuna potestatis habere: q̄ uirtus. Nulla cōsilia sūt me liora: q̄ illa: quæ ignorauerit aduersarius anteq̄ facias. Occasio in bello amplius solet iuuare q̄ uirtus. In sollicitandis / suscipiendisq; ho stibus / si cum fide ueniant: magna fiducia est: quia aduersarium am plius frangunt transfugæ: q̄ perempti. Melius est post aciem plura ser uare præsidia q̄ latius milites spargere. Difficile uincitur qui uere pōt de suis et de aduersarii copiis iudicare. Amplius ualet uirtus: q̄ multi tudo. Amplius prodest sæpe locus / q̄ uirtus. Paucos uiros fortes natu ra procreat. bona institutione plures reddit industria. Exercitus labo

re proficit / ocio consenescit. Nunq̃ ad certamen publicũ produxeris militem: nisi cum uideris eum sperare uictoriam. Subita conterrent. Vsitata uilescunt. Qui dispersos suis insequitur quam ipse acceperat aduersario uult dare uictoriam. Qui frumentum necessariumq; commeatum non preparat / uincitur sine ferro. Qui multitudine et uirtute præcedit: quadrata dimicet fronte: qui est primus modus. Qui ipa/rem se iudicat dextro cornu suo sinistrũ cornu pellat inimici / qui secundus ē modus. Qui sinistrã alam fortissimam se habere nouit / dextram alã hostis inuadat: qui est tertius modus. Qui habet exercitatissimos milites in utroq; cornu pariter debet prælium ĩcipere: qui ē quartus modus. Qui leuem armaturã optime regit utrãq; alam hostis inuadat / ferentariis ante mediã aciem constitutis: qui est quintus modus. Qui nec numero militum / nec uirtute confidit / Si depugnaturus ē de dextra sua sinistram alã hostium pulset / reliquis suis porrectis in similitudinē ueru: qui est sextus modus. Qui pauciores: ĩfirmioresq; habere nouit. Septimo modo ex uno latere aut montem: aut ciuitatem: aut mare: aut flumen: aut aliquod debet habere subsidium. Qui uero confidit equitatu: altiora loca quærat equitibus: et rē magis per equites gerat. Qui confidit pedestribus copiis aptiora loca peditibus quærat et rem magis per pedites gerat. Cum explorator hostium latenter oberret in castris / omnes ad tentoria sua per diem redire iubeantur. et statim deprehenditur explorator. Cum consciliũ tuum cognoueris aduersariis proditum / dispositionē te mutare cõuenit. Quod fieri debeat / tractato cum multis. Quod uero facturus sis: cum paucissimis: ac fidelissimis: uel potius tecum ipse. Milites timor / et pœna in sedibus corrigit. In expeditionibus spes: atq; præmia faciunt meliores. Boni duces publico certamine nunq̃ / nisi ex occasione: aut nimia necessitate cõfligũt. Magna dispositio ē hostē magis fame urgere q̃ ferro.

De equitatu sunt multa præcepta.

(S)Ed cum hæc pars militiæ usu exercitii / armorũ genere et equorum nobilitate profecerit / ex libris nihil arbitror colligendũ: cum præsens doctrina sufficiat. Quo genere pugnaturus sis nesciant hostes: ne aliquibus remediis resistere moliantur.

(H)Igesta sunt Imperator inuicte: quæ nobilissimi auctores diuersis probata temporibus per experimentorũ fidem memoriæ ꝓdiderunt: ut ad sagittãdi peritiam: quam in serenitate tua persa miratur. Ad equitandi scientiam: uel decorem: quam Hunnorum /

Alanorumq; natio uelit imitari: si possit: Ad currendi uelocitatẽ: quã Sarracenus: Indusq; non æquat. Ad armaturæ exercitationẽ: cuius cã pi doctores uel pro parte exempla intellexisse gaudeant. Quorum ar te regula præliandi: immo uincendi artificium ĩgeratur: quatenus uir tute pariter: ac dispositione mirabili rei publicæ tuæ: et imperatoris of ficium exhibeas: et militis.

FINIS.

Vegetii Rhenati Epitomatis de re militari liber quartus.

Grestem: incultamq; hominũ ab initio sæculi uitam a cõ munione mutorum animaliũ uel ferarũ urbiũ constitu tio prima discreuit. In iis reip. nomen repperit cõmunis utilitas. ideo potentissimæ nationes: ac principes cõsecra ti nullam maiorem gloriam putauerũt: q̃ aut fundare no uas urbes: aut ab aliis conditas in nomen suũ sub quadã amplificatio ne transferre: in quo opere clemẽtia serenitatis tuæ obtinet palmam. Ab aliis uel paucæ uel singulæ: a pietate tua innumerabiles urbes ita iugi labore pfectæ sunt: ut nõ tam humana manu conditæ: q̃ diuino nutu uideantur ornatæ. Cunctos imperatores felicitate moderatõne castimonia exemplo indulgentiæ studiorũ amore præcellis. Regni animiq; tui bona cernimus et tenemus quæ anticipare et superior op tauit ætas: et exercẽdi in perpetuũ uentura desiderat. quibus reb9 tan tum uniuerso orbi præstitũ gratulamur: quãtũ uel humana mens pe tere: uel gratia potuit diuina conferre. Sed dispositionibus uestræ cle mentiæ q̃tum profecerit murorũ elaborata constructio Roma docu mentum ẽ: quæ salutem ciuiũ capitolinæ arcis defensione seruauit: ut gloriosius postea totius orbis possideret imperium. Ad cõplemẽtũ igitur operis maiestatis uestræ præceptione suscepti rationes quibus uel nostræ ciuitates defendendæ sunt: uel hostiũ subruendæ ex diuer sis auctoribus in ordine digeram. Nec laboris pigebit: cum omnibus profutura credantur.

Hæc continet liber quartus.

Quemadmodum tempestatum obseruanda sunt signa
De pronosticis: quibus noscitur Serenitas/et turbatio aeris.
De æstuariis/hoc ē de reumate.
De locorum notitia: siue remigibus.
De Telis: Tormentisq; muralibus.
Quemadmodum nauali bello collocentur insidiæ.
Quid fiat: cum aperto marte bellum Nauale committitur.

Ciuitates aut natura: aut opere: aut utroq; debere muniri.

u Rbes: atq; castella aut natura muniunt: aut manu: aut utroq;: quod firmius ducitur. Natura aut loco edito: uel abrupto: uel circunfuso mari: siue paludibus: uel fluminibus: Manu: fossis: ac muris in illo naturali beneficio tutissimum eligitur consilium. In plano quæritur fundantis industria. Videmus antiquissimas ciuitates ita in campis patentibus constitutas: ut deficiente auxilio locorum: arte tamen: et opere redderentur inuictæ.

Non directos: sed angulosos muros faciendos.

a Mbitum muri directum ueteres ducere noluerunt: ne ad ictus arietum esset dispositus: sed sinuosis anfractibus iactis fundamentis clausere urbes. Crebrioresq; turres in ipsis angulis reddiderunt/propterea/quia si quis ad murum tali ordinatione constructum uel scalas uel machinas uoluerit admouere/non solum a fronte: sed ēt a lateribus: et prope a tergo: ueluti in sinū circūclusus opprimit.

Quemadmodū murus e terra iūgat aggestus ut nunq̄ possit elidi.

m Vrus autem ut nūq̄ possit elidi/hac ratione perficit. Interuallo uicenum pedū interposito duo intrinsecus parietes fabricātur. Deinde terra: quæ de fossis fuerit egesta inter illos mittit: uectibusq; densatur/ita ut a muro primus paries parum inferior/ secūdus longe minor ducatur: ut de plano ciuitatis ad similitudinē gradum quasi cliuo molli usq; ad propugnacula possit ascendi: quia nec murus ullis potest arietibus rumpi: quem terra confirmat. et quouis casu destructis lapidibus/ea: quæ inter parietes densata fuerit ad muri uicem ingruentibus moles obsistit.

De cataractis: et portis: ne exurantur ab ignibus.

c Auetur præterea: ne portæ subiectis ignibus exurantur: ꝑpter quod sunt coriis: ac ferro tegendæ. Sed amplius prodest: qđ īuenit antiquitas: ut ante portam addat propugnaculum: in cuius ingressu ponitur cataracta: quæ annulis ferreis pendet: ac funi

Moenia qm°

Catarracta

bus:ut si homines interuenerint:eadem dimissa extinguantur inclusi. Ita tamen supra portam murus ē ordinādus:ut accipiat foramina: per quæ de superiore parte aqua effusa subiectū extinguat incendiū.

De fossis faciendis.

f Ossæ ante urbem altissimæ latissimæq; sunt faciēdæ:ut nec facile coæquari repleriq; ab obsidētibus possint. Et cū aquis cœperint inundari/ab aduersario cuniculum continuare minime patiantur. Nam duplici modo opus subterraneum earū altitudine/et inundatione prohibetur.

Ne sagittis hostiū homines lædant in muro.

f Ormidatur:ne multitudo sagittariorū de propugnaculis exterritis defensoribus:oppositisq; scalis occupet murum:aduersum quod catafractas:atq; scuta in ciuitatibus debent habere q̄plurima. Deinde propugnacula duplicia:saga ciliciaq; tendantur Impetūq; excipiant sagittarum. Neque enim facile transeunt spicula rem:quæ cedit:ac fluctuat. Inuentum quoq; remedium est:ut de ligno crates facerent:quas metellas uocauerunt. Lapidibusq; complerent. ea arte bina inter propugnacula cōstitutas:ut si per scalas ascē disset hostis:et partem aliquam ipsius contigisset/ super caput suum uerterentur saxa.

Quibus modis prouidendū sit:ne famē patiant obsessi.

m Vlta defensionū:oppugnationumq; sunt genera: quæ locis competentibus inseremus. Nunc sciendum ē obsidendi duas species esse. Vnam cū aduersarius opportunis locis / præsidiis ordinatis continuis insultibus impugnat obsessos. Alteram qum uel aqua prohibet inclusos/uel deditionem sperat a fame:quando omnes prohibuerit cōmeatus. Hoc enim consilio ipse ociosus:ac tutus fatigat inimicum:ad quos casus possessores:q̄uis leui suspitione pulsati omnem alimoniam uictus intra muros debent studiosissime collocare:ut ipsis exuberet substantia :aduersarios inopia cogat abscedere. Non solum autem porcinum:sed omne animalium genus:quod inclusum seruari non poterit/deputari oportet ad lardum:ut adminiculo carnis frumenta sufficiant. Aues autem cortales:et sine impensa in ciuitatibus nutriunt:et propter ægrotātes sunt necessariæ. Pabula eq̄s præcipue congerenda. et quæ apportari nequiuerint / exurēda. uini. aceti:cæterarūq; frugum:uel pomorum congerendæ sunt copiæ. Nihilq; quod suis proficiat hostibus relinquendum ē. Nam ut hortorū

cura in uiridariis domorum uel areis exerceatur utilitatis:aut uolupta tis ratio persuadet. Parum autem ꝑficit plurimum collegisse:nisi ab exordio dimensione salubri per idoneos erogatores temperetur. Nun quam periclitati sunt fame:qui frugalitatem inter copias seruare cœperunt. Imbecillis quoq; ætas/ac sexus ꝑpter necessitatem uictus portis frequenter exclusa ē:ne penuria opprimeret armatos:a quibus sæpe mœnia seruabantur.

Quæ species præparandæ sint pro murorū defensione.

e Xurimenta Bitumen. Sulphur. Picem liquidam. Oleum:qd incendiarium uocant ad exurendas hostium machinas conuenit præparari. Ad arma facienda ferrum utriusque temperaturæ:et carbones seruantur in conditis. Ligna quoq; hastilibus:sagittisque necessaria reponuntur. Saxa rotūda de fluuiis:quæ pro soliditate grauiora sunt/et aptiora mittentibus/diligentissime colligunt:ex quibus muri replētur:et turres. Minima etiam fundis:siue fustibalis: uel manibus/quæ iacienda sunt. Maiora:quæ per onagros dirigunt. Maxima uero pondere:quæ funda uolubili in propugnacula dirigūtur: ut dimissa per præceps non solum hostes obruant subeuntes:sed machinamenta confringant. Rotæ quoq; de lignis uiridibus ingentissimæ fabricantur. uel intercisi ex ualidissimis arboribus cylindri: quos taleas uocant:ut sint uolubiles leuigātur:quæ per pronū labentia subito impetu bellatores sternūt:Equosq; solent deterrere. Trabes quoque:et tabulata uel diuersæ magnitudinis clauos ferreos esse oportet in promptu. Nam talibus oppugnantium machinis ꝑ alias machinas consueuit obsisti/præcipue cum subitis operibus addēda sit muris uel propugnaculis altitudo:ne aduersariorum mobiles turres superueniant / et capiant ciuitatem.

Quid faciendum sit:si neruorum copia defuerit.

n Eruorū copia sūmo studio expedit colligi:quia onagri:uel balistæ:cæteraq; tormēta:nisi funibus:neruisq; ligentur /intenta nihil ꝓsunt. Equorum tamen setæ de caudis ac iubis ad balistas utiles asserunt. Indubitatum uero ē crines fœminarum in eiusmodi tormentis non minorem habere uirtutem: Romanæ necessitatis experimento. Nam in obsidione Capitolii corruptis iugi ac lōga fatigatione tormentis cum neruorū copia defecisset/matronæ abscissos crines uiris suis obtulere pugnantibus:reparatisq; machinis aduersariorum impetum repulerunt. Maluerunt autē pudicissimæ fœminæ de

Exurimenta
Oleū incendiariū

Talea

Capitolij obsidione
capilli mulierum

formato ad tempus capite liberæ uiuere cum maritis: q̄ hostibus inte/gro decore seruire. Cornua quoq; uel coria cruda ꝓficit colligi ad cataphractas texendas: aliaq; machinamenta: siue munimenta.

Quid faciendum sit ne aquæ penuriam patiantur obsessi.

m Agna urbis utilitas est: cum perennes fontes murus includit. Qđ si natura nō p̄stat cuiuslibet altitudinis effodiēdi sūt putei. Aquarūq; haustus funibus extrahēdi. Sed interdū si altiora sunt loca: quæ montibus sunt: saxisq; munita: i quibꝰ supposita castella/ad extrema muri inferioris reperiunt fontium uenas/ac de ꝓpugnaculis: uel turribus destinatis protegūt telis: ut aquatoribus liber p̄stet accessus. Quod si ultra ictū teli i cliuo tamē ciuitatis subiecta sit uena/castellum paruū: quē burgū uocāt inter ciuitatē: et fontē cōuenit fabricari. Ibiq; balistas sagittariosq; constitui: ut aqua defēdat ab hostibus. Præterea in omnibus publicis ædificiis/multisq; priuatis cisternæ sunt diligentissime substituendæ: ut receptacula aquis pluuialibus/quæ de tectis effluunt præstent. Difficile est enim eos siti uinci: q̄ q̄uis exigua aqua ad potum tantum hac i obsidione sunt usi.

Si sal defuerit quid faciendum sit.

s I maritima sit ciuitas: et sal defuerit: liquor ex mari sumptus p alueos: atq; patula uasa diffundit: q a calore solis durat in salem. Quod si hostis ab unda ꝓhibeat nā hoc sæpe accidit/arenas: quas exagitatum uentis mare superfūderat aliquādo colligūt: et dulci aqua eluunt/quæ sole exsiccata nihilominus mutat in salem.

Quid faciendum sit: cum primo impetu uenitur ad muros.

u Iolenta autē impugnatio quando castellis: uel ciuitatibus præparatur/mutuo utriusq; periculo: sed maiore oppugnantium sanguine exercentur luctuosa certamina. Illi enim qui muros inuadere cupiūt terrifico apparatu expositis copiis in spe deditionis formidinē geminant/tubarum strepitu hōinūq; permixto. Tūc/quia timor magis frangit insuetos/primo ipetu stupentibꝰ oppidanis/si discriminū experimēta nō norūt: dū admotis scalis iuadit ciuitas resistere debēt tota uirtute. Qđ si a fidētibꝰ/siue militaribꝰ uiris repellat prima cōgressio statim clausis crescit audacia: et iā nō terrore: sed uiribus et arte cōfligit.

Enumeratio machinarū: qbꝰ muri oppugnant.

a Dmouēt ēt Testudines. Arietes. Falces. Vineæ. Plutei. Musculi. turres. de qbꝰ singulis q̄liter fabricent: quo pacto ēt p̄lient: uel repellantur edissēram.

De Ariete. Falce. Testudine.

Aque

Burgus

Sal qm

d E materia:ac tabulatis teſtudo contexitur:quæ ne exuratur incendio/coriis : uel ciliciis:centonibuſq; ueſtitur. Hæc intrinſecus accipit Trabẽ:quæ adunco præfigitur ferro.quod falx uocatur ab eo:ꝙ incurua ẽ/ut de muro extrahat lapides:aut certe caput ipſius ueſtitur ferro. et appellatur aries/uel ꝙ habet duriſſimam frontem:quæ ſubruat muros/uel ꝙ more arietũ retrocedat:ut cum impetu uehementius feriat. Teſtudo autẽ ad ſimilitudinem ueræ teſtudinis uocabulũ ſumpſit:quia ſicut illa mõ reducit:mõ profert caput:ita machinamẽtũ interdũ reducit trabem:interdũ exerit:ut fortius cedat.

De Vineis.

u Ineas dixerunt ueteres:quas nũc militari barbaricoq; uſu cattos uocant. de lignis leuioribus machina colligatur/lata pedibus octo/ alta pedibus ſeptem.longa pedibus ſexdecim. Huius tectum munitione duplici tabulatis:cratibuſq; contexiꝫ. Latera quoque uimine ſepiuntur:ne ſaxorum telorumq; impetu penetrentur. Extrinſecus autem:ne immiſſo concremetur incendio/crudis:ac recẽtibus coriis:ac centonibus operitur. Iſtæ cũ plures factæ fuerint/iungũtur in ordinem:ſub quibus ſubſidentes tuti ad ſubruenda murorum penetrent fundamenta.

De Pluteis.

p Lutei dicuntur :qui ad ſimilitudinem caſſidis contexuntur e uimine:et ciliciis uel coriis proteguntur:terniſq; rotulis:quarũ una in medio duæ in capitibus opponuntur. In quãcunq; partem uolueris admouentur more carpenti:quos obſidentes applicant muris. Eorumq; munitione protecti/ſagittis ſiue fundis:uel miſſilibus defenſores omnes de propugnaculis ciuitatis exturbãt:ut ſcalis aſcendendi facilior præſteꝫ occaſio.

De Aggere.

a Gger autem ex terra/ligniſq; extollitur cõtra murum:de quo tela iactantur.

De muſculis.

m Vſculos dicũt mĩores machinas:qbꝰ ꝓtecti bellatores fũdatũ auferũt ciuitati foſſatũ. ẽt apportatis lapidibus/lignis ac terra nõ ſolũ cõplẽt:ſed ẽt ſolidãt:ut turres ambulatoriæ ſine ĩpedimẽto iũganꝫ ad murũ. Vocanꝫ aũt a marinis beluis muſculi. Nã queadmodũ illi cũ minores ſint/tamen balenis auxiliũ adminiculũq; iugiter exhibent. Ita iſtæ machinæ breuiores/uel deputatæ turribus magnis aduẽtu illarum parant uiam:Itineraq; præmuniunt.

De turribus ambulatoriis.

t Vrres dicuntur machinamenta ad ædificiorum speciem / tra/ bibus:tabulatisq; compacta. Et ne tãtum opus hostili concre/ metur incendio/diligentissime ex crudis coriis/uel centonibus communitur:quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam in terdum tricenos pedes per quadrum. Interdum quadrigenos uel qn/ quagenos latæ sunt. Proceritas autem ipsarum tanta sit:ut non solũ muros:sed etiam turres lapideas altitudine superent. His plures rotæ mechanica arte subdũtur:quarum lapsu uolubili magnitudo tam al ta moueat. Præsens autem periculum ciuitatis ẽ:si ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas: et diuerso genere conat̃ ir/ rumpere. Nam in inferioribus habet arietem:cuius ĩpetu destruit mu ros. Circa mediam uero partem accipit pontem factum de duabus tra bibus septũq; de uimine:quem subito prolatum inter turrẽ : murũq; constituunt. Et per eũ egrediẽtes de machina bellatores in ciuitatem transeunt:et occupant muros. In superioribus autẽ turris illius parti/ bus contati:et sagittarii collocant̃:qui defensores urbis exalto contis/ saxis:missilibꝰq; ꝓsternãt:quo facto ciuitas capit̃ sine mora. Quid. n. auxilii superest:cum hi:qui de murorum altitudine sperabant repen/ te supra se aspiciant altiorem hostium murum.

Quemadmodum ambulatoria turris possit incendi.

h Vic tam manifesto discrimini multis occurrit̃ modis. Primũ si confidentia uel uirtus ẽ militaris eruptione facta globus egre ditur armatorũ. et ui hostibus pulsis machinamẽtum illud in/ gens direptis coriis ignis exurit. Quod si oppidani exire non aude ant/maiores balistas/Malleolos uel falaricas cum incendio destinant: ut perruptis coriis : uel centonibus intrinsecus flamma cõdatur. Mal/ leoli/uelut sagitte sunt:et ubi adheserint:quia ardentes ueniunt/uni/ uersa conflagrãt. Phalarica aũt ad modũ hastæ ualido præfigit̃ ferro. Intra tubũ etiam hastile/Sulphure/Resina/Bitumine/Stuppisq; con/ uoluitur/infuso oleo:quod incẽdiariũ uocãt. Quæ balistæ impetu de stinata/prærupto munimine ardẽs figitur ligno:turritãq; machinam frequẽter ĩcẽdit. Depositi quoq; hõines funibꝰ/cũ hostes dormiũt/ĩ la ternis portãt lucernas. et incẽsis machinis rursus leuãtur ĩ murum.

Quemadmodum altitudo muris addatur

p Ræterea ꝑtẽ muri:ad quẽ machina cõat̃ ascẽdere cemẽto:atq; lapidibꝰ:uel luto:siue lateribꝰ:postremo tabulatis extruẽdo fa

ciūt altiorem:ne defensores mœnium desuper urbi uentura possit op primere. Constat autem inefficax machinamētum reddi:si inueniat inferius. Verum obsidentes huiusmodi dolum adhibere cōsueuerūt. Primo talem extruunt turrem:quæ propugnaculis ciuitatis uideatur inferior. Deinde secreto aliam de tabulatis intrisecus turriculā faciūt. Et cum muris fuerit machina sociata. subito funibus: trochleisq; de medio turricula illa producitur:de qua egredientes armati: q̄a altior inuenitur statim capiunt ciuitatem.

Quo pacto fodiatur terra:ut machina nihil possit nocere.

i Nterdum longissimas:ferratasq; trabes opponūt machinæ ue nienti. Eamq; a muri uicinitate propellunt. Sed cum Rhodio rum ciuitas oppugnaretur ab hostibus:et turris ambulatoria supra murorum altitudinem:ac turrium omnium pararet/mechani/co ingenio inuentum est tale remedium. Per noctem sub fundamen to muri cuniculum fodit. et illū locum ad quē die postero turris fue/rat promouēda nullo hostium sentiēte egesta terra cauauit intrinse/cus. Et cum rotis suis moles fuisset impulsa atq; ad locum:qui subtus cauatus fuerat peruenisset/tanto pondere solo cedēte subsedit:ut nec iungi muris:aut moueri ulterius potuerit/ita ciuitas liberata ē:et ma/china derelicta.

De scalis. sambuca. exostra. tolenone.

a Dmotis scalis turribus/funditores lapidibus/sagittarii iaculis: manubalistarii: uel arcubalistarii sagittis: Iaculatores plumba tis:ac missilibꝰ e muris sūmouēt homines. Hoc facto scalis ap positis occupant ciuitatem. Sed qui scalis nituntur/frequenter pericu lum sustinent/exemplo capanei:a quo primū oppugnatio scalarū per hibet inuenta:q̄ tāta ui occisus ē a thebanis:ut extinctus fulmine di/ceret. Et ideo sambuca exostra et tolenone obsidentes in murū ho/stium penetrant. Sambuca dicitur ad similitudinē cytharæ. Nam quē admodum in cythara cordæ sunt:ita in trabem:quæ iuxta turrē poni tur/funes sunt:q̄ pontē de superiori parte trocleis laxāt: ut descendat ad murum. statimq; de turre exeunt bellatores. et per eā transeuntes mœnia urbis inuadūt. Exostra dicit pons:quē superius exposuimus: q̄ de turre in murum repente perducit. Tolenon dicit:quotiēs una trabs in terrā p̄alte defigit:cui in sūmo uertice alia trāsuersa trabs lō gior dimēsa medietate cōnectit eo libramento:ut si unum caput de/presseris:aliud erigat. In uno quoq; capite cratibus:siue tabulatis cō

texitur machina: in qua pauci collocantur armati. tūc per funes uno attracto / depressoq₃: alio capite eleuati imponuntur in murū.

De balistis / onagris / scorpionibꝰ / arcubalistis / fustibalis / fundis / per quæ tormenta defenditur murus.

Duersum hæc obsessos defendere consueuerunt balistæ. onagri. scorpiones. arcubalistæ. fustibali. sagittarii fundæ. Balista funibus / neruis / chordisq₃ tenditur: quæ q̄ prolixiora brachiola habuerit: hoc ē q̄to maior fuerit: tāto spicula lōgius emittit. Quæ si iuxta artem mechanicā tēperetur / et ab exercitatis hominibus: qui mensurā eius ante collegerint / dirigatur / penetrat quodcūq₃ percusserit. Onager aūt dirigit lapides: sed pro neruorū crassitudine: et magnitudine saxorū pondera iaculatur. Nam quāto maior fuerit: tanto maiora saxa fulminis more contorquet. His duobus generibus nulla tormentorum species uehementior inuenitur. Scorpiones dicebant: quas nūc manubalistas uocant. ideo sic uocati / q₃ paruis / subtilibus q₃ spiculis inferant mortem. Fustibalos. Arcubalistas. et Fundas describere superfluum puto: quæ præsens usus agnoscit. Saxis tamen grauioribus per onagrum destinatis non solum equi eliduntur / et hoīes: sed etiam hostium machinamenta franguntur.

Aduersum arietem remedia.

Aduersum arietes ēt / uel falces sunt plura remedia. aliquanti / centones et culcitras funibus calcāt: et illis opponūt locis: quæ cædit aries: ut impetus machinæ materia molliore fractus non destruat murū. Alii laqueis captos arietes per multitudinē hominū de muro in obliquum trahunt / et cum ipsis testudinibus euertunt. Plures in modū forficis dentatum funibus alligant ferrum: quod lupū uocant. apprehensumq₃ arietē aut euertūt: aut ita suspendūt: ut impetum nō habeat feriendi. Interdū bases colūnæ marmoreæ uibrato īpetu iaciuntur e muris: arietesq₃ confringunt. Quod si tanta uis fuerit: ut murus arietibus perforet. et quod sæpe accidit: decidat: salutis una spes superest ut destructis domibus alius intrinsecus murus addatur: Hostesq₃ inter binos parietes / si penetrare tentauerint / perimantur.

De cuniculo: per quē murus defoditur: aut ciuitas penetratur.

Liud genus oppugnationis ē subterraneū: atq₃ secretū: quod cuniculū uocāt a leporibꝰ: q cauernas sub terra fodiūt: ibiq₃ cōdunt. Adhibita igit̄ multitudine / ad spē metallorū: i qbꝰ auri:

Bessus i. aconito

argentiq; uenas bellorum rimatur industria / magno labore terra de/foditur. Cauatoq; specu in exitium ciuitatis inferna queritur uia: quæ fraus duplicibus operatur insidiis. Aut. n. penetrant urbem / et noctu non sentientibus oppidanis egrediuntur per cuniculū. reseratisq; por/tis suorum agmen inducunt: hostesq; in ipsis domibus perimūt igno rantes. Aut certe cum ad murorum fundamenta peruenerint: suffodi unt eorum maximam partem. Appositis sicciorib9 lignis ruinamq; muri tumultuato opere suspendunt. sarmenta insuper iungūt: aliaq; fomenta flammarum/ tunc præparatis bellatoribus subter ignis imitti tur. Combūstisq; columnis ligneis: atq; tabulatis muro subito corruē/te aditus reseratur.

Quid facere debeant oppidani si hostis irruperit ciuitatem.

i Nnumerabilibus declaratur exemplis sæpe cæsos ad internectō nem hostes: qui inuaserāt ciuitatem: quod sine dubio euenit: si oppidani muros ac turres obtinuerint: uel altiora occupaue rint loca. Tunc. n. de fenestris: ac muris omnis ætas: ac sexus irrūpen tes obruunt saxis: aliisq; generibus telorum: quod ne sustineant obsi dentes / portas ciuitatis aperire consueuerunt: ut resistere desinant fu giendi potestate concessa. Necessitatis. n. quædam uirtus est despera tio in hoc casu. Vnum oppidanis auxilium ē siue per diem: siue p noc tem hostis intrauerit: ut muros / turresq; teneant: ac loca superiora cō scendant. Hostesq; per uicos / et plateas undiq; obruant dimicantes.

Quæ sit adhibēda cautela: ne hostes furtim occupent murum.

f Requenter dolum excogitant obsidentes. ac simulata despera tione longius abeunt. Sed ubi post metum murorum uigiliis derelictis requieuerit incauta securitas: tenebrarum / ac noctis occasione captata cum scalis clanculum ueniunt. murosq; conscēdūt: ꝓpter quod maior est adhibenda custodia / cum hostis abscesserit. et ī ipsis muris / ac turribus tuguriola locanda: in quibus uigiles hybernis mensibus ab hymbribus / uel frigore / æstiuis defendātur a sole. Illud quoq; usus inuenit: ut acerrimos ac sagacissimos canes in turribus nu triant: qui aduentum hostium odore præsentiant: latratuq; testentur. Anseres quoq; non minore solertia nocturnos superuētus clamorib9 indicant. Nam ingressi capitolinam arcem galli Romanū nomē erue/rant: nisi clamore anserum excitatus Manlius restitisset. Mira diligen

Tugurium

tia siue fortuna. uiros: qui uniuersum orbem erant sub iugum missu ri auis una seruauit.

Quomodo oppidanis inferantur insidiæ.

n On solum in obsidionibus: sed in uniuerso genere bellorum supra omnia dicit: hostium consuetudinem explora diligenter: ac nosce. Opportunitas enim insidiarum aliter non pōt īueniri: nisi scias quibus horis aduersarius a laboris intentione discedat: quibus reddat incautior. Interdum media die. Interdū ad uesperum. Sæpe nocte. aliquādo eo tempore: quo sumit cibus: cū utriusq; partis milites ad reqem / aut curanda corpora dispguntur. Qd' in ciuitate cū cœpit fieri / obsidentes astu se a ꝑlio subtrahūt: ut aduersariorum negligentiæ sibi licētiam tribuant: quæ impunitate cū creuerit / repente admotis Machinis: uel appositis scalis occupant Ciuitatem. Et ideo in muris saxa. aliaq; tormenta ponūtur in promptu / ut cognitis insidiis occurrētes ad manus habeant / quod supra capita hostium euoluant: atq; iaculentur.

Quid faciant obsidentes: ne ab oppidanis patiantur insidias.

c Vm negligētia interuenerit paribus insidiis subiacēt obsidentes. Nam siue cibo: siue somno fuerint occupati: siue ocio: aut aliqua necessitate dispersi: tūc oppidani repente ꝓrumpunt. Ignorantes ꝑimūt. Arietes. machinas: ipsosq; aggeres ignibus concremant. omniaq; in cinerem sua fabricata oꝑa subuertunt: ꝓpter qd' obsidentes ultra iactum teli fossam faciunt. eamq; non solū uallo / et sudibus: sed etiā turriculis instruunt: ut erūpētibus e ciuitate possint obsistere: quod opus loriculam uocant. Et sæpe cum obsidio describitur / inuenitur in historiis loricula urbem esse circundatam.

Quo genere tormentorū ciuitas defendatur.

s Ed ex alto destinata missilia / siue plumbatæ: uel lanceæ / uerutta: uel spicula in subiectos uehementius cadūt. Sagittæ quoq; arcubus missæ / et saxa manibus fundis / siue fustibalis directa / q̄to de excelsiori loco exeunt: tanto longius penetrāt. Balistæ uero / et onagri si a ꝑitis diligentissime temꝑentur / uniuersa ꝑcidūt: a quibus nec uirtus ulla: nec munimina possunt defendere bellatores. Nā more fulminis qcqd pcusserint / aut dissoluere: aut irrūpere cōsueuerūt.

Queadmodū mēsura colligatur ad scalas uel machinas faciēdas.

a D capiendos muros scalæ: uel machinæ plurimum ualent: si ea magnitudine compactæ fuerint: ut altitudinem exuperent

ciuitatis. Menſura autem colligitur duplici modo. Aut enim linũ te/nue: et expeditũ uno capite nectitur in ſagitta: quæ cũ ad muri faſtigia directa peruenerit ex menſura lini murorũ altitudo deprehendit. Aut certe cũ ſol obliquus umbram turriũ murorũq; iaculatur in terram: tunc ignorantibus aduerſariis umbræ illius ſpaciũ menſuratur. Itemq; decempeda figitur. et umbra ipſius ſimiliter mẽſuratur. Quo collecto numero nemo dubitat ex umbra decempede inueniri altitudinem ciuitatis/cum ſciatur q̃ta altitudo quantum umbræ emittat in lõgum. Quæ ad oppugnãdas: uel defendendas urbes auctores bellicarum artium prodiderunt/uel quæ recentior neceſſitatum uſus inuenit/pro publica/ut arbitror utilitate digeſſi. illud iterum cõmonens: ut ſolertiſſime caueatur ne quãdo aut potus inopia emergat: aut cibi: q̃bus malis nulla arte ſuccurritur. Ideoq; intra muros tanto plura cõdenda ſunt: quanto ſcitur clauſuræ tempus in obſidentium poteſtate conſiſtere.

Decempeda

Præcepta belli nauialis.

Naualis belli præcepta

p Ræcepto maieſtatis tuæ Imperator inuicte/terreſtris prælii rationibus abſolutis: Naualis belli reſidua: ut opinor ẽ portio: de cuius artibus ideo pauciora dicenda ſunt/quia iãdudũ pacato mari cum barbaris nationibus agitur terreſtre certamen. Romanuſ autem populus pro decore/et pro utilitate magnitudinis ſuæ/nõ propter neceſſitatem tumultus alicuius claſſem parabat ex tempore. Sed ne quando neceſſitatem ſuſtineret ſemper habuit præparatã. Nemo enim bello laceſſere: aut facere audet iniuriam ei regno uel populo: quem expeditum/et promptum ad reſiſtendum: uindicandũq; cognoſcit. Apud miſenum igitur et rauẽnam ſingulæ legioneſ romani nominis cum claſſibus ſtabant: ne longius a tutela urbis abſcederent. Et cum ratio poſtulaſſet ſine mora ſiue circuitu ad omnes mũdi partes nauigio peruenirent. Nam miſenatium claſſis galliam/hiſpanias/mauritaniam. aphricam. ægyptum. ſardiniam. atq; ſiciliam habebat ĩ proximo. Claſſis autem rauẽnatium/epyron/macedoniã/achaiam ꝓpontidem. pontum/orientẽ/cyprum petere directa nauigatione conſueuerat: quia in rebus bellicis celeritas amplius ſolet prodeſſe: q̃ uirtus.

Ro. classes paratæ.

Misenatum.

Nomina iudicum: qui præerant claſſi.

l Iburnis autem: quæ in campania ſtabant præfectus claſſis miſenatiũ ꝑerat. Eas uero: quæ Ionio mari locatæ fuerãt. ad ꝑfectum claſſis rauẽnatium pertinebant: ſub quibus erant deni tribuni per cohortes ſingulas conſtituti. Singulæ autẽ liburnæ ſingulos na/

Triarum

Liburnæ

uarchos idest quasi nauicularios habebāt: q exceptis cæteris nautarū officiis gubernatoribus: atq; remigibus/et militibus exercēdis quotti/dianam curam/et iugem exhibebant industriam.

Vnde appellentur liburnæ.

d Iuersæ autē ꝓuinciæ mari plurimum potuerunt quibusdā tē/poribus. et ideo diuersa eis genera nauium fuerunt. Sed augusto dimicante actiaco bello: cum liburnorum auxilio præcipue uictus fuisset Antonius/experimento tanti certaminis patuit liburnorum naues cæteris aptiores. Ergo similitudine et nomine usurpato earundem instar classē Romani principes texuerūt. Liburnia nāq; Dalmatiæ pars est andecrinæ subiacens ciuitati: cuius exemplo nūc naues bellicæ fabricantur. et appellantur liburnæ.

Qua diligentia fabricentur liburnæ.

s Ed cum in domibus struendis arenæ: uel lapidum qualitas requirat̄/tanto magis in fabricandis nauibus diligenter cūcta quærenda sunt: quāto maius periculum ē nauem uitiosam esse: q̄ domum. Ex cupresso igitur et pino domestica siue siluestri larice et abiete ꝑcipue liburna cōtexitur. Vtilius clauis æreis: q̄ ferreis cōfigenda sunt: quæ licet grauior aliquanto uidet̄ expensa: tamen quia amplius durat/lucrum ꝓbat̄ afferre. Nam ferreos clauos tempore et humore celeriter rubigo consumit. ærei autem etiam fluctibus ꝓpriam substantiam seruant.

Qua obseruatione sit cedenda materies.

o Bseruandum præcipue: ut a qntadecima usq; ad uigesimā tertiam lunam arbores ꝑcidant̄: ex qbus liburnæ cōtexendæ sūt. His enim tantū octo diebus cæsa materies immunis conseruat̄ a carie. Reliqs autem diebus ꝑcisa/et eodem anno interna uermium labe exesa in puluerem uertit̄: quod ars ipsa: et omnium architectorū quottidianus usus edocuit et contemplatione ipsius religionis agnoscimus: quam ꝓ æternitate his tantū diebus placuit celebrari.

Quo mense cedendæ sunt trabes.

c Edunt̄ autē trabes utiliter post solstitium æstiuum idest ꝑ mēses Iulium/ augustum/et ꝑ autunnale eqnoctiū usq; ad kal. Ianuarias. His namq; mensibus arescente humore sicciora/ et ideo fortiora sunt ligna. Illud autem cauendum ne continuo/ut deiectæ fuerint trabes secent̄: uel statim/ut sectæ fuerint/mittant̄ in nauē. Siqd adhuc solidæ arbores etiam diuisæ ꝑ tabulas duplices ad maiorē

ſiccitatem mereant inducias. Nam/quæ uirides compãgunt/cum natiuum humorem exudauerint/contrahunt et rimas faciũt latiores: quo nihil piculoſius eſt nauigantibus.

De titulo liburnarum.

q Vod ad magnitudinem pertinet minimæ Liburnæ remorũ habent ſingulos ordines: paulo maiores binos: idoneæ menſuræ ternos/uel quaternos. Interdum quinos ſortiunt remigũ gradus. nec hoc cuiq̃ enorme uideat: cum in actiaco bello lõge maiora referãtur cõcurriſſe nauigia: ut ſenorũ etiã uel ultra ordinũ fuerint. Scaphæ tamen maioribus liburnis exploratoriæ ſociant: quæ denos ppe remiges in ſingulis partibus habeãt: quas britãni pyctas uocãt. per has et ſuperuentus fieri. et cõmeatus aduerſariorũ nauiũ aliunde intercipi aſſolet/et ſpeculandi ſtudio aduẽtus earũ: uel cõſilium deprehẽdi. Ne tamen exploratoriæ naues cãdore pdant/colore ueneto: q marinis ẽ fluctibꝫ ſimilis uela tingũtur/et funes cera qua ungere ſolẽt naues inficitur. Nautæ quoq; uel milites uenetã ueſtẽ induũt: ut nõ ſolum p noctem: ſed etiã p diem facilius lateãt explorãtes.

Nomina uentorum.

q Vicũq; exercitũ armatis claſſibꝫ uehũt/turbinum ſigna debẽt ante pnoſcere. Procellis nãq; et fluctibꝫ liburnæ grauius ſæpe/q̃ ui hoſtiũ pierunt. In qua parte naturalis philoſophiæ tota ẽ adhibẽda ſolertia: qua uentorũ: tẽpeſtatũq; cæleſti ratione natura colligitur. Et p acerbitate pelagi ſicut cautos et puidos cautela tutatur: ita negligẽtes extinguit incuria. Igitur uentorũ numerũ: atque uocabula ars nauigandi primũ debet inſpicere. Veteres autem iuxta poſitionem cardinum tantũ quatuor uentos principales a ſingulis cæli partibꝫ flare credebant. Sed expimẽto poſterior ætas duodecim cõprehendit. Horum uocabula ad ſũmouendã dubitationem non ſolũ græca: ſed etiã latina ptulimus: ita ut uẽtis principalibꝫ declaratis eos: q ipſis dextra: leuaq; coniuncti ſunt indicemus. Verno itaq; ſolſtitio id eſt ab orientali cardine ſumimus exordiũ/ex quo uentus oritur apeliotes ideſt ſubſolanus. Huic a dextra iungitur circius: ſiue chorus. A ſiniſtra eurus: ſiue uulturnus Meridianũ autẽ cardinẽ poſſidet notus id eſt auſter huic a dextra iũgitur leuconotus a ſiniſtra libanotus. Occidentalẽ uero cardinem tenet zephyrus. huic a deſtra iũgitur lips: ſiue africus. a ſiniſtra iapix/ſiue fauonius. Septentrionalẽ uero cardinẽ ſortitus ẽ aparetias ſiue ſeptẽtrio: cui adheret traſias: ſiue cracias. A ſi/

niſtra boreas.i.aquilo.Hi ſæpe ſinguli:Interdum duo. Magnis autē tempeſtatibꝫ etiam tres ꝑiter flare conſueuerūt.Horū impetu maria/ quæ ſua ſponte tranquilla ſunt/et quieta undis æſtuantibus ſæuiunt. Horū flatu ꝓ natura temporū/uel locorum ex procellis ſerenitas redditur.et rurſus in procellas ſerena mutantur.Nam ſecundo ſpiramine optatos claſſis inuenit portus/aduerſo ſtare:uel regredi:aut diſcrimen ſuſtinere compellit.et ideo difficile naufragiū ꝑtulit:q uentorū rationem diligenter inſpexit.

Quibus menſibus tutius nauiget.

ſEqtur menſium dierumqꝫ tractatus.Neqꝫ enim integro anno uis/atque acerbitas maris patitur nauigantes.Sed quidam menſes aptiſſimi quidam dubii.Reliqui claſſibus intractabiles ſunt lege naturæ. phanitis decurſu id eſt poſt ortum pliadum a die vi.kalen.Iunii uſqꝫ in arcturi ortum.i.in diem.xiii.kalē.octobris ſecura nauigatio creditur:qa æſtatis beneficio uentorum acerbitas mitigatur.Poſt hoc tempus uſqꝫ in tertium idus nouembris incerta nauigatio eſt/et diſcrimini propior.Propterea quia poſt ſeptembris idus oritur arcturus uehementiſſimum ſidus.Octauo chalē.octobris æqnoctialis euenit acerba tempeſtas.Circa nonas uero octobris hædi pluuiales.quinto idus eiuſdem taurus.A nouembris autem menſe crebris tempeſtatibus nauigia conturbat uirgiliarum hyemalis occaſus. Ex die igitur tertio iduum nouembris uſqꝫ in diem ſextum iduū martii/ maria clauduntur.Nam lux minima:noxqꝫ prolixa/nubium denſitas/aeris obſcuritas Ventorum hymbrium uel niuiū geminata ſæuitia non ſolum claſſes a pelago:ſed etiam cōmeantes a terreſtri itinere deturbat.Poſt natalē uero ut ita dicā/qui ſolenni certamine publico/que ſpectaculo multarum gentium celebratur plurimorum ſiderum: ipſiuſqꝫ temporis ratione uſqꝫ in idus maias ꝑiculoſe maria tentanē non ꝙ negociatorum ceſſet induſtria:ſed quia maior adhibenda eſt cautela:quando exercitus nauigat cum liburnis: ꝗ cum priuatorum mercium feſtinat audacia.

Quemadmodum tempeſtatum obſeruanda ſunt ſigna.

p Ræterea aliorū ortus: occaſuſqꝫ ſiderū tempeſtates uehemētiſſimas cōmouēt:i qbus licet certi dies auctorū atteſtatiōe ſignētur:tamē qa diuerſis caſibꝫ aliqdo mutātur:et qđ cōfitēdū ē celeſtes

causas humana conditio ad plenum nosse prohibetur: Ideo nauticæ
obseruationis curam trifariã diuidũt. Aut enim circa diem statutum:
aut ante uel postea tempestates fieri cõpertum ẽ. Vnde ꝓcedentes pro
chemasin. nascentes die solenni epichemasin: subsequentes Metache
masin græco uocabulo nuncuparunt. Sed omnia numerare nomina/
tim aut ineptum uidetur: aut longum: cum auctores plurimi nõ solũ
mensium: sed etiã dierũ rationẽ diligenter expresserint. Transitusq̃
siderũ: quos planetas uocant cũ ꝓscripto cursu dici arbitrio creatoris
suscipiunt signa: uel delerunt/ frequẽter assolent serena turbare. Inter
Iuniorum autem dies tempestatibus plenos/ et nauigationibus q̃ ma/
xime metuendos non solum peritiæ ratio: sed etiã uulgi usus intelligit.

De pronosticis: quibus noscitur serenitas: et turbatio aeris.

m Vltis quoq̃ signis et de tranquillo procellæ/ et de tempestatibus se
rena ꝓdunt̃: quæ uelut in speculo lunæ orbis ostẽdit. Rubicũ
dus enim color uẽtos. Ceruleus indicat pluuias. Ex utroq̃ cõ
mixtus nubes et furentes procellas. Lætus orbis ac lucidus serenitatem
nauigiis repromittit: quam gestat in uultu. Præcipue si quarto ortu
neq̃ obtusis cornibus rutila: neq̃ infuso fuerint humore fuscata. Sol
quoq̃ exoriens: uel diẽ condẽs interest utrũ æqualibus gaudeat radi/
is: an obiecta nube uariet̃. Vtrũ solido splendore fulgidus: an uentis
urgentibus igneus/ neue pallidus uel pluuia sit impendẽte maculosus.
Aer uero: et mare ipsum/ nubiũq̃ magnitudo/ uel spẽs solicitos instru
it nautas. Aliq̃ta ab auibus. aliquãta significat̃ a piscibus: quæ Virg.
in georgicis diuino pene cõpræhendit ingenio: Et Varro in libris na/
ualibus diligenter excoluit. Hæc gubernatores sese scire ꝓfitent̃. Sed
eatenus: quatenus eos peritiæ usus ĩstruit: nõ altior doctrina firmauit.

De æstuariis hoc ẽ de reumate.

e Lemẽtũ pelagi tertia ps mũdi ẽ: quæ ꝑter uẽtorũ flatũ suo quo
q̃ spiramine: motuq̃ uegetat̃. Nã certis horis diebꝰ: pariter/
ac noctibꝰ æstu quodã: qđ reuma uocãt: ultro citroq̃ ꝑcurrit. et mo/
re currẽtiũ fluminũ nũc exũdat ĩ terras: nũc refluit ĩ altitudinẽ suam.
Hæc reciprocãtis meatus ambiguitas cursus nauiũ secũda adiuuat: re/
tardat aduersa: quæ dimicaturo magna sũt cautiõe uitãda. Neq̃. n. au
xilio remorũ reumatis impetus uincit̃: cui interdũ cedit et uentus. Et
quoniam in diuersis regionibus diuerso lunæ crescentis: minuentisq̃
statu horis certis ista uariantur: Ideo prælium nauale gesturus consue
tudinem pelagi: uel loci ante congressum debet agnoscere.

De locorum noticia:siue remigibus.

Auticorū gubernatorumq; solertia ē:loca in quibus nauiga/
n tur:portusq; cognoscere:ut infesta prominentibus:uel laten/
præcipitur decuriam leui extremi quiescere reliquos omnes declinare
in scutum sinistrorsumq; procedere: tum reddere in arrectum. Dein
de iuga posteriora colligere / mox ad scutum conuerti ut iam actum
sit quod uoluerimus. hinc si restituere placet: non secus q̄ illos in ha/
stam conuersos restituemus. Quippe qui rursus queq; in hastam im
mutari præcipiamus. Deinde ordinem reuerti mox decuriones quie/
scere et reliquos omnes procedere per iuga / tum immutari posmodū
decuriam leui extremi quiescere / utpote suum iam locum obtinētem
reliquas declinantes in hastam procedere dum iusta recipiant inter/
ualla: ad postremum reddere in arrectum atq; ita omnes suum locū
recipient. Si autem inflectere ad hastam placuerit duas simul conuer
siones ordinis faciemus. Itaq; efficiet̄ ut decuriones a prospectu ad/
uerso in aduersum per ordines immutationem transeant. At cum re/
stituere uolumus præcipitur item ad hastam inflectere: hoc ē duas itē
conuersiones ibidem ordinibus dare. Ita enim fit ut eodem spectent
decuriones quorsum principio constituti spectabant anteq̄ ulla infle
xio fieret. Hæc cū fecerimus decuriōes qescere p̄cipiemus: reliquos im
mutatos iuga relaxare posteriora / tū rursus mutari et ordinis postremā
decuriā dextrā qescere. Iā.n. hæc suū ī locū restituta ē: reliquos decli/
nare ī scutū p̄cedere et suis īteruallis restitui mox reddere ī arrectū. Ita
q; ordines primū suūq; locū recipiēt. Sed si īflectere ad scutū uelimus
p̄ceptis utemur cōtrariis: hoc ē bis inflecti in scutū quo facto restitutio
nē agemus: quod ex his quæ mō exposui aptū iā ē. Deflexio agit̄ cum
ordinē ter p̄tē uersus eādē cōuertimus: hoc ē aut ī hastā aut in scutū

Facit porro inflexio in hastam ut militum ora transferantur / a parte primore ad posteriorem. Deflexio autem facit ut a primore uel ad leuam deueniant uel ad dextram: nam si ad hastam deflectitur in leuam transfertur: si ad scutum in dextram. Si phalangē densari cornu uersus dextrum placuerit. p̄cipiemus decuriā cornu dextri quiescere / reliquas autē declinari ī hastā atq; in dextrā colligere. Tum reddere in arrectum et iuga posteriora colligere. Cū autē restituere libet quiescere decuriones reliquos immutari, et iuga relaxare posteriora. Deinde rursus mutari mox decuriā cornu dextri quiescere. Iam enim restitutum in destro ē / reliqui ad scutū declinare suosq; duces sequantur et primis interuallis receptis reddant in arrectū. Si autē cornu uersus sinistrū densari phalāgem libuerit præceptis econtrario utemur. Mediam itē phalāgē si densari placuerit præcipiemus dextrā duplarē phalāgē declinare ad scutum: leuā ad hastā tum ꝓcedere mediā uersus phalāgē / mox omnes reddere in arrectū: iugaq; posteriora colligere. At si phalāgē primis instituere locis uelimus præcipit̄ immutari et per iuga ꝓcedere: excepto primo tū omnes rursus mutari: et dextram duplarē phalāgē declinare in hastā: leuā autē in scutū. Mox sectari suos ductores donec ad prima deueniat interualla. Deinde reddere in arrectū sed quotiens immutat̄ si ꝑ densationē agitur erecta teneri spicula omnia ne impediāt cōuenit. Iis eisdē exercitiis ac præceptis leuis quoq; armatura instituēda erudiendaq; ē. Sūt certe præcepta hæc Immutationū: Conuersionū: Inflexionū: Euolutionū: et restitutionum utilia / ad subitos hostiū suꝑuentus: quos uel a latere uel a fronte intulerint. Macedonicā euolutionē Macedones inuenisse proditū ē. Laconicā ad Lacedemonios referunt auctores. quocirca ita nūcupari meruerunt. Philippū tamen qui Macedonū impium auxit et græcis apd̄ Cheroneā ꝓfligatis Græciæ imꝑauit / ac eius filiū Alexandrū qui breui Asiam in suā ditionē redegit: Macedonicā neglexisse euolutionem legimus: ut nisi sūma utēdi necessitas cogeret nūq̄ uterent̄. Laconicæ usu utrūq; aduersarios deuicisse ferunt. Datur enim Macedonicæ uicio: quod hoste repente a tergo suꝑueniente nō sine magna turbatione ageret̄. Nam cum posteriores conuerterent se se in locum priorem et rem haud quamquam fugæ dissimilem facerent / hostes audaciores reddebantur et iam milites qui ita euoluissent deterrere ac persequi poterant. Laconica certe econtrario agit. Vbi enim duces una cum sequente milite uerterunt se se obuios in hostem

Densare

a tergo superuenientem terrorem inferre nimirũ possunt et turbatio
nem. Sed assuefaciendæ sunt copiæ / tam pedestres q̃ equestres \ par/
tim uoce / partim signis: quæ uisu percipi ualeant ut rem apte ac opor
tune quã quisq; exigat usus possint expedire. Nõnulla etiã tuba p̃
cipi conuenit. Ita enim plenius omnia ministrabuntur. Certiora
sunt ea quæ uoce indicant: nisi qd sit impedimento: sed tranqlliora
quæ signis mandent uidelicet / cũ res nulla ẽ quæ obstet atq; obscuret.
Vox autem percipi interdum non potest: aut propter armorum soni
tum aut propter equorum transitum et hinnitum: aut propter impe/
dimentorum tumultum: et totius multitudinis strepitum. Signa quo
que multis rationibus obliterari possunt ac euanescere: nã et crassitu
dine aeris: et puluere excito: et hymbre: et solis splendore opposito.
Ad hæc locorum inæqualitate et frequentia arborum. Adde ꝙ inter/
dum fieri non põt: ut signũ ad unũ queq; usum præparemus: cũ lon/
ge plura possint occurrere q̃ quibus assuefacti sint milites. Nouis au/
tem rebus quid nã consueti signi afferatur. Non tamẽ concidi ita po
test ut præceptum simul et uocis et signi incertum sit.

De itineribus.

n Vnc de itineribus dicam si ante quot modis expediri solet iter
diffiniam. Itinerum aliud arrecta inductio est: aliud deductio
aut dextra aut leua: et aut simplici aut duplici latere aut tripli
ci aut quadruplici agminis procedet. Simplici cum ex parte una ad/
uersarium agressurum suspicamur: duplici cum ex duabus: triplici cũ
ex tribus: quadruplici cum undiq;. Vnde fit ut iter aut simplici phalã
ge agatur: aut duplici: aut triplici: aut quadruplici. Arrecta inductio ẽ
cum ordo ordinem sequitur. Verbi gratia: cum uel Xenagia præcedẽ
te: reliquæ sequuntur xenagiæ: uel quadruplarem decuriã reliquæ or
dinatim sectant. Iteq; agitur per cornu altitudine longe ꝓductiore q̃
longitudine: nec pluribus q̃ duabus decuriis hominibꝫ denis compo
sitis constet ordo. Huic opponitur genus aciei: quod Celẽbosum qua
si rostrum cauum nominamus / quod ita instruitur ut duplicatæ pha/
langis præcedentia cornua inter se distent sequenti iungantur ad for
mã littere. V. sicut descriptio ostẽdit. Quæ ut primos disiectos ita iun
ctos inter se habet ultimos. Cum enim arrecta illa inductio medium
aduersariorum petat. habet id cauum rostrum in promptu ut soluta
coniunctione extremorum impetum copiarum primarum frustet: la/
teraq; inuadat arrectæ inductionis inimici. Quin etiam triplex pha/

lãx obiici huic eidē generi ita poteſt ut una alterius cornu ĩpugnet. ſcd͞a reliquū cornu aggrediat: media et tertia ĩpetū mãeat et cōflictū.

Arrecta inductio.

						p	p		
p	p	p	p	p	p	p	p	p	p
p	p	p	p	p	p	p	p	p	p
p	p	p	p	p	p	p	p	p	p
p	p	p	p	p	p	p	p	p	p
p	p	p	p	p	p	p	p	p	p
p	p	p	p	p	p			p	p

d

Eductio ē cum phalanx ſuos duces: hoc ē decuriones aut par te dextera habet deducentes/ quæ dextra deductio dicitur: aut leua quæ deductio leua nuncupatur/ non item per decuriam ſed per iuga ambulans cornu præpoſito et latere inſtructa aut dupli/ci aut triplici aut etiam quadruplici prout hoſtem exiſtimet aggreſſu rum. Sed quaſi utraq; phalangiſ pars ſuo latere cōflictū ineat primū/ ita deſcribatur ut longitudinem triplicem q̄ altitudinē habeat. Frons enim.x. altitudo tribus conſtat hominibus. Quãobrem miles nō tan tum ex directo uerū etiam ex latere aggreſſus conflictum tum excipe re tum inferre nimirum per exercitationem debet condiſcere.

Arrecta deductio leua.


	d	d	d
F	d	d	d
r	d	d	d
o	d	d	d
n	d	d	d
s	d	d	d
	d	d	d
	d	d	d
	d	d	d
	d	d	d

Arrecta deductio dextra.

d	d	d	
d	d	d	F
d	d	d	r
d	d	d	o
d	d	d	n
d	d	d	s
d	d	d	
d	d	d	
d	d	d	
d	d	d	

p Halanx quæ antistomus a duplici frontis seu oris obiectu quasi occeps uocata ē. Ita instruit̄ ut medii tergis inter sese oppositis constent. Extremi autē confligant cum aduersariis. Perutilis hæc pedestribus copiis est: cū aduersus largā hostiū equestrē copiā dimicant/melius enim resistunt circumuentioni et multiplici equitū inuasioni. Valet hoc instruendi genus potissimū contra barbaros: qui loca histro amni uicina incolunt: quos amphippos cognominant a mutatione equorum: ex aliis enim equis in alios transilire consueuerunt. Equestres quæ opponunt̄ copiæ forma constantes quadrata i ordines duos parte altera longiores pro usus necessitate diuisæ sunt / ut totidem mēmbris phalangis peditum bipartitæ obiiciantur.

Phalanx Occeps.



p Halanx amphistomus nomen a duplici fronte siue ore in lateribus instituto acceperat ita ut latericeps quædam et anceps posset nominari. Similis superiori occipiti ē p̄terq̄ q illa suis extremis decertat hæc suis lateribus dimicat. Cætera uero quæ de superiore exposui huic quoq; conueniunt: omnia hastis longioribus tā hæc q̄ superior illa pugnat more Alanorum et Sauromatarum. Spectat decuriarum dimidium in partem priorem: reliqui conuersi sunt in posteriorem ita ut dimidiati milites oppositis inter se tergis p̄lient̄ fronte duplici: altera priore quam decuriones conficiant: altera posteriore quam tergiductores: cum etiam in duplarem phalangem copiæ diuidi possunt. ut frons prior altera constituatur phalange posterior altera constet.


Phalanx anceps.

ʎ ʎ   p p   p p   ʎ ʎ
ʎ ʎ   p p   p p   ʎ ʎ
ʎ ʎ   f p p   p p f   ʎ ʎ
ʎ ʎ   r p p   p p r   ʎ ʎ
ʎ ʎ   o p p   p p o   ʎ ʎ
ʎ ʎ   n p p   p p n   ʎ ʎ
ʎ ʎ   s p p   p p s   ʎ ʎ
ʎ ʎ   p p   p p   ʎ ʎ

PHalanx duplaris Antistomus:hoc ē occeps nuncupatᷓ:quæ suos duces non extra per deductiones sed intus aduersos inter se positos habeat,Tergi autem ductores extra uidelicet ī dextrā leuāq; deductionem distinctos . Forma hæc instrui solet quotiens aduersarii equites forma rostri aggrediuntur.Cum enim rostrum exeat in mucronem ducesq; sequentes de latere habeat:tentantesq; frontē copiarum pedestrium rumpere ne id eueniat duces peditum in medio stant ut impetum aduersariorum uel impediant uel re infecta faciant præterire.Qui enim rostro instructi aggrediūtur ea spe sunt ut medios aciei profligant omnesq; turbent copias .Quod cum principes copiarum pedestrium intelligant:Vtraq; ex parte sese ueluti murum constituant.et paulo inter se distantes uergentesq; ad locum penitiorem impetum irritum reddunt aduersariorum.Genus id instruendi equestre quod rostrum dicimus .Philippum regem Macedonū inuenisse scribitur.præponere ille strenuos omnes solebat/ut eorū uirtute miles quoq; deterior cōtineretur:opusq; una cum p̄stantioribus prosequeretᷓ more spiculi aut ensis:cuius acie pro sua soliditate suoq; acumine facile transigente reliquū etiam ferrum q̄q̄ hebes non sine efficacia penetraret.

Phalanx duplaris occeps

Phalāx duplaris Occeps.



Rostrū equestre


Rostr

Phalanx duplaris laterriceps Amphistomus.


Perist[omus]

p Halanx duplaris Peristomus seu Amphistomus id est lateri/ceps siue anceps illa ē cuius partes per deductionem cornu præposito oblique procedant/et dextra habeat et leua tergiductores intus. Cum enim aduersa acies quadra diuidat se in duo obliqua cornua dextrum et sinistrum cupiens aciem hostium similem circū/uenire: hac de causa: qui circumuentum sibi uident imminentem in duplicem mobilem phalangem sese afformant: et partem sui alteram in leuum dirigunt cornu: alteram uertunt in dextrum. Vnde nomen Peristomi: hoc ē latericipitis genus id accipit: Quippe qđ latere suo utroq; frontem spectantem in hostem habeat.

Phalanx duplaris latericeps.



Amphistomus.



p Halanx homeostomus a similitudine oris seu frõtis nominata quam similicipitem appellarim ita fit: ut decuriam perfectam: hoc ē hominum.xvi.mouentem in hostē sequat alia similis: unde Homeostomus dicta ē. Nã et qui sequunt simili fronte et forma comitantur. Opponitur huic generi aciei quod plinthium a latere uocant: quem si placet Laterulum dices. Ordinat id genus tã forma q̃ numero equilaterũ. Forma inquam cum undiq; æqualibus cõstet spaciis. Numero autem quot hominibus longitudo componat totidem etiam altitudo. In hoc eodem ordinis genere omni ex latere armatos apponi solitum ē nullo uel sagittario uel funditore adiũcto. Conficitur hic laterulus ex duabus dimeriis. decuriæ nanq; dimidiũ dimeriam dicimus. Cum enim decuria sex cõstare hominibus debeat: Dimeria octo constat. Bipartia id interpretet si placet: quoad melius uocabulum inuenerimus.

Phalanx similiceps.

p p p p p p p p p p
p p p p p p p p p p

Frons.

p p p p p p p p p p
p p p p p p p p p p

Frons.

d d d d d d d
d d d d d d d
d d d d d d d
d o o o o o d
d o o o o o d
d o o o o o d
d p p p p p d

Laterulus.

p Halanx duplaris homeostomus est: cum partes æquali progredientes itinere aut in dextra deductione ambæ continent suos duces aut in leua.

Duplaris semiliceps.

d d d   d d d
d d d   d d d
d d d   d d d
d d d   d d d
d d d   d d d
d d d   d d d
d d d   d d d


Halanx Heterostomus a frontis diuersitate appellata quam Versicipicem dixerim ita instruitur: ut ambulans per inductionem duces ordinis precedentis habeat: ut sit in dextra deductione/sequentes autem in leua: ita ut ordines alternata principū locatione procedant. Nullus enim eodem latere suos continet principes quo antecedens.

Phalanx Versiceps.

d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d
d d d d

Vrmam quæ ad speciem oui instruitur Ileon thessalus excogitarat/unde ile uocata ē: suosq; thessalos eo ipse genere instruendi exercuit. Vtile hoc est cum singulis suis angulis singulos habeat principes. Primū Ilarcham hoc ē turmæ pfectū. Vltimū tergiductorē. Vtrinq; autē lateris custodes. Opponitur huic acies: quæ forma lunæ cornibus in partem ductis priorem formet Ducesq; suis in cornibus habeat et suis brachiis circumuenire aduersas equitum copias tentet. Quamobrem illæ more Tarentinorū a longe iaculant circulare retorquētes accessum et turbantes. Taretinos iaculatores appello/sicut inter initia operis dictū ē a tarēto calabriæ oppido: cuius equites paruo quodam iaculo uti consueuerunt.


Turma ad oui speciem.




Acies Lunaris.

Vrma parte altera longior duplici altitudine cõstat q̃ longitu tudine. Vtilis hæc multifariã ẽ quippe quæ possit decipere ad uersarios quasi paucos contineat milites quoniã non multum latitudinis occupet et rumpere facile pro sua densitate et impetu aciẽ aduersam . Apta etiã est ut sensim per locorum angustias transeat. Opponitur ei pedestris acies quæ transuersa phalanx uocata ẽ. porrigit enim se longius ut etiam si interrũpat̃ exigua sit quæ rumpit̃ altitudo / et equitum impetus non in multitudine hereat sed in uacuum breui efferatur. Hæc enim causa est cum multiplicem ad suam altitudinem habeat longitudinem.

Turma parte altera longior.






Phalanx transuersa.

St et altera turma oui similitudinē gerens de qua nihil ampli
e us dici potest:q̄ ita esse compositam/ ut uerset quidem sed nō iuget. Nam eius usum commoditatēq; superius exposuimus. Ergo genus id inuentum ab Ileone thessalo mandatū post exercitationi ab Iasone Medeæ marito. Tutū etiam et ꝑcōmodū esse cum undiq; custodiat decurione: tergiductore: custodibus lateris apertū iā ē. Cōstat hæc turma ex eqtibꝰ sagittariis more armeniorū et parthorū. Opponitur ei acies pedestris/ quæ Epicampius emprosthia dicit idest inflexa. Antica/ ob eam rem: quia ductis cornibus in partem priorem in sinum se circumagit. Flexumq; imitatur. Fraudem hæc in sagittarios equites ita emolitur ut uel egressos et cominus dimicantes suo cōplectatur sinu et circumueniat: uel cornibus suis perturbet illorū robur et frangat: atq; ita medio milite alacriore possit euincere.


Turma ad Oui speciem.




Phalanx inflexa Antica.

Vm etiam genus habetur phalãgis quæ Epicampius opisthia
c dicitur econtrario q̃ superior informata. Cũ enim illa ante se flectat/ hæc sua cornua in partem ducẽs posteriorẽ: Itaq; ut il la Antica sic hæc Postica nominetur. Vtilis ea quoq; ad fraudem ẽ. quippe quæ parte media patens paucos qui præcedant ostendat: mul tos autem qui pone subsequantur habeat: ut si conflictum tolerarint superarintq; satis sit/sin minus facile ad utranq; suorũ partem recur rere Iungiq; maiori ordini ualeant. Quæ autẽ contra id genus oppo nitur Incurua ob id appellata ẽ. quoniam in portionẽ flectitur orbis. Studet hic suas copias paruas esse ostendere frontis incuruæ ratione. Quippe cum omnia quæ in orbem globumue formantur parua suo quidem ambitu esse uideantur: quãq̃ si explicẽtur in duplum se por/ rigunt quod liquidum in columnis est quæ cum in orbem se colligãt undecũq; aspiciant: dimidiũ sui tãtũ patere patiunt reliquũ penitus occultant. Est autẽ optimũ instruendi artificiũ ut plus inferas aduer/ sariis copiarũ q̃ primo aspectu ostẽdas.

Inflexa postica.






Phalanx incurua.

Questris phalanx quadrata et si forma seu figura quadra in/
e struitur tamen nō numero quoqꝫ aptatur quadro. Haud enī
in quadratis numerum certo modo describimus Sed licet etiā
duplicem ad altitudinem reddere longitudinem: uidelicet ꝓ usu im/
peratoris. Persæ potissimum forma hac usi sunt et siculi et græcorū
complures/cum et facilem esse instructum animaduerterent et usum
cōmodiorem. Opponitur ei phalanx pedestris quod rostrum uoca/
mus ita instructa ut latera omnia armatis composita habeat. Trans/
lata hæc forma ab equestribus rostris est. Verum in ordine equestri
unus in monte primore satis sit. At in pedestri non unus occursioni
hostium sufficit sed tres ꝓpugnent necesse est. Sic Epaminūdas The
banus Impator cum apud leuctra aduersus Lacedemōios decertaret:
constipatis in rostrum copiis ingentem exercitum ꝓfligauit. Effici ge
nus instruendi hoc solet quotiens duplaris antistomus hoc ē anceps
illa sua cornua priora coniungit. Posteriora seiungit ad formam litte
ræ V deorsum inuersæ. Λ.

Phalanx quadrata equestris.

y y y y y y y y y
y y y y y y y y y
y y y y y y y y y
y y y y y y y y y

Frons.



Rostrū pedestre

Enus quod Plesium pte altera longius appellamus multiplici
g longitudine q̄ altitudine cōstare et omni ex latere armatis cō
poni sagittariis ac funditoribus constitutis in medio solitum
est. Qui contra eiusmodi formam pliantur: Genus phalangis quam
implexam uocamus obiiciunt ut suæ formæ inæqualitate ꝓuocent
plesium aduersum impetum facere in eos qui ꝓminent atque ita re/
soluere densam plesii instructionem. Et quidem decuriones implexæ
phalangis duces aduersos obseruāt/ut si densa acie illi agāt ipsi quo
que densa excipiant. Sin illi resoluantur ipsi etiam diuisi occurrant.

Plesium.


Frons.

Frons


Phalanx Implexa.

P Halangis circumuentio est cum cornu utrunq; supat aduer/sarios hoc ē excedit et quasi complectitur.

Circumuentio phalangis.



a Lterius cornu circumuentio est cum altero cornu hostem su/peramus: Vnde fit ut qui sua phalange superat idem etiã cornũ superet aduersarium: qui autem cornu superat non preterea idem phalange superet. Fieri enim potest ut etiam paucioribus copiis hostem superes tuo cornu et complectaris.



Circumuentio alterius cornu.

e Xtenuatio ẽ cum altitudo phalangis contrahit̃ ut ex.xvi.q/bus constat hominibus redigatur in pauciores.

i Mpedimenta haberi in primis necessarium est et ducem iis cõstituere ꝓbum conuenit. Modis quinq; possunt duci impedimenta. Aut enim præcedent copias omnes aut sequentur: aut in alterutro latere constituentur: aut in medio copiarum claudẽtur. Ponentur ante phalangem si hostilem agrum ingredieris: Post phalangem si latera metuis. Intra phalangem si planum agmen placuerit ducere.

p Ostremo ꝑcepta repetamus colligamusq; omnia acierum instruendarum: si prius admonuerimus breuiter quicquid ꝑcipi usus exigat id et breue esse et omni ambiguitate carere oportere. Non enim solum celeritate est opus uerum et claritate uocabuli: ne alii hoc/alii illud et plerũq; contrarium faciant. Verbi gratia si di/xeris: declina: uerbo hoc audito possunt alii declinare in hastam alii

in ſcutum: quæ res non parum inferret perturbationis. Cum itaq; generis ac totius loco habeatur uocabulum illud: declina: Adiūgere debemus ad haſtam/aut ad ſcutū: pro ut res exigit: et quidā ante ut pars toti anteponatur hoc modo. Ad haſtā declina. ita enim omnes idem ſine errore facient. Item immuta aut euolue generis præfert cōmunitatem: Quāobrem partem ſiue ſpeciem præponemus. ut in haſtam immutare. Sic itaque præcipiemus: laconicam euolue/macedonicam euolue: choreum euolue: Nam ſi euolue laconicam dixeris: aut euolue macedonicam: eueniet ut diuerſæ euoluendi agantur ſpecies. Hac igitur ratione cauendum eſt ne quid ambigue ne quid obſcure incerteq; præcipiatur: et ut ſpecies ſuis anteponatur generibus ſeruandum omnino eſt. Iuuat porro ad eam rem plurimum ſilentium militum. Quo circa ſilendum in primis attendendūq; imperabis: quod Homerus quoq; poeta ꝑclare illis carminibus notat.

Sic argiua phalanx in prelia denſa moueri
Aſſidue pariterq; ſuos dux quiſq; regebat
Imperitans: alii mox feſtinare ſilentes.
Dixeris haud tantas gentes ſub pectore uocem
Condere: conſpecti metuentes principis ora.

Barbarorū contra tumultū et turbā pecori ita comparat.

Ac ueluti innumeræ domini locupletis in aula
Ad mulctram coguntur oues: balatibus illæ
Perculſæ caræ ſobolis uoce omnia replent:
Sic troum audiri per campos undiq; clamor.

Et alibi eadem de re ita refert.

Tum phriges ingēti ſtrepitu et clamore ferunt
More gruum paſſis liquido ſuper aere pennis:
Quæ poſq̄ gelidas hyemes hymbremq; niualē
Fugere oceani repetunt clangoribus undas.
Aſt animos taciti ſpirantes ire pelaſgi:
Alter in auxilium alterius properare parati.

a Ge ad arma: aſſiſte ad arma: impedimenta a phalange ſecedant. Miles attendat præceptis: ſuſcipe recipe: diſta: erige ſpiculum: uerſa: iuga: reſpice præcedentem: ſuam decuriam dirigat tergiductor: Conſtituta interualla conſerua: ad haſtam declina: colli/

ge :ita consiste. In arrectum redde:ad scutum declina:collige:ita cō/ siste. Ad hastam immutare:collige. Ita consiste. Altitudinem dupli/ca:restitue:laconicam euolue:restitue:macedonicam euolue. Resti/tue:choreum euolue. Restitue ad hastam :conuerte. Restitue ad ha/stam:inflecte. Restitue. Hæc de aciebus instruendis habui: quæ bre/uiter ad te scriberem imperator tibi uictoriam hostibus profligatio/nem allatura. Vale.

Finis Aeliani.

MODESTI LIBELLVS DE VOCABVLIS REI MILITARIS AD TACITVM AVGVSTVM.

Es militaris in tris diuiditur partes:equites:pedites:et claſſes.Equitum alas dicunt eo ꝙ ad ſimilitudinem alarũ / ab utraq; parte protegant acies / quæ Vexillationes uocantur / a Velo / quia uelis / hoc eſt flãmulis utantur. Eſt et aliud genus equitum qui Legionarii uocant̃ / ꝓpterea ꝙ connexi ſint legioni. Verũ ipſi pedites:in duas diuiſi ſunt partes hoc ẽ in legiões et ĩ auxilia. Auxilia a ſociis uel fœderatis gentibus mittebant̃. Legio autem ab eligẽdo appellata ẽ / quod uocabulũ eorũ deſiderat fidem atq; diligentiam qui milites probant. Producẽdi uero Tyrones ſunt ſemꝑ ad cãpum / et ſecũdũ matriculæ ordinem in aciem dirigendi / ita ut primo ſimplex et extenſa ſit acies / ne quos ſinus / ne quas habeat curuationes / ſed æquali legitimoq; ſpatio miles diſtet a milite / et præcipiendum ut ſubito duplicent aciem / ita ut in ipſo impetu / is ad quẽ reſpõdere ſolet ordo ſeruetur. Tertio præcipiẽdũ / ut quadratã aciem repẽte cõſtituãt:Quo facto in Tyroniũ quem cuneũ uocãt / acies ipſa uertenda ẽ / quæ ordinatio plurimũ prodeſſe conſueuit in bello. Auxiliares cum ducuntur ad prælium / ex diuerſis locis et ex diuerſis moribus uenientes nec diſciplina inter ſe / nec noticia / nec affectione cõſentiũt / et alia inſtituta / et alius inter eos eſt uſus armorũ. Neceſſe ẽ autẽ tarde ad uictoriam peruenire / qui diſcrepant / anteq̃ dimicent. Legionibus ſemper auxilia tãq̃ leuis armatura in acie iũgebantur / ut in iis ꝑliãdi magis adminiculũ eſſet / q̃ principale ſubſidiũ. In omnibꝫ auctoribus inuenitur ſingulos conſules aduerſum hoſtes copioſiſſimos nõ amplius q̃ binas duxiſſe legiones / additis auxiliis ſociorum / tanta in illis erat exercitatio / tãta fiducia / ubi cuiuis bello duæ legiones crederentur ſufficere poſſe. Sciendũ ẽ enim in una legione / decem cohortes eſſe debere. ſed prima cohors reliquas et numero militum et dignitate præcedit. Nam genere atq; inſtitutione litterarum uiros electiſſimos quærit. Hæc enim ſuſcipit Aquilam / quæ præcipuũ ſignũ in Romano eſt ſemꝑ exercitu / et totius legionis inſigne; Imagines Imperatorum :has enim imagines tanq̃ diuina et ꝑſentia ſigna ſinguli uenerant̃. Habet pedites mille.c.v. Eqtes loricatos.cxxxii.et appellat̃ cohors miliaria :hæc caput ẽ legionis. Ab hac enim cũ pugnandũ ẽ / prima acies incipit ordinari. Secũda cohors habet pedites.d.lx. Equi

res.lxvi.et appellat̃ Cohors Quingẽtaria. Tertia cohors ſimiliter habet pedites.d.lx. Eqtes.lxvi.ſed ĩ hac cohorte tertia ualidiores et ꝓbati milites/q in media acie cõſiſtãt. Cohors quarta habet pedites.d.lv. Eqtes.lxvi. Cohors qnta habet pedites.d.lv. Eqtes.lxvi.Sed qnta cohors ſtrenuos deſiderat milites.qa ſicut prima in dextro/ita qnta in ſiniſtro ponit̃ cornu. Hæ qnqꝫ cohortes ĩ prima acie ordinant̃. Sexta cohors hẽt pedites.d.lv. Eqtes.lxvi. In prima quoqꝫ enucleati aſcribẽdi ſunt iuniores.qa in ſecũda acie poſt aqlã et imagines cohors ſexta conſiſtit. Cohors ſeptima habet pedites.d.lv. Equites.lxvi. Cohors octaua habet pedites.d.lv. Equites.lxvi.ſed et ipſa animoſos deſiderat uiros.quia in ſecunda acie cõſiſtit in medio. Cohors nona habet pedites.d.lv. Equites.lxvi. Cohors decima habet pediteſ.d.lv. Equites.lxvi.et ipſa bonos conſueuit accipere bellatores.quia ſicut in ſecũda acie ſexta dextrum.ita decima ſiniſtrum poſſidet cornu. Iis decem cohortibus legio plena fundatur: quæ habet pedites.vi. milia.cv. Eqtes.dcc.xxvi. Minor itaqꝫ numerus armatorum in unaquaqꝫ legione eſſe non debet. Maior autem conſueuit eſſe: et non tantum unam cohortem ſed etiam alias miliarias ſi fuerit iuſſa ſuſcipere. Tribunus maior per epiſtolam ſacram Imperatoris iudicio deſtinatur. Minor tribunus prouenit ex labore. Tribunus autem uocatur ex tribu quia præeſt militibus quos ex tribu primus Romulus legit. Ordinarii dicuntur qui in prælio primos ordines ducunt. Aquiliferi qui Aquilam portant. Imaginarii qui Imperatoris imagines ferunt. Optiones ab optando appellati/qꝫ antecedentibus ægritudine preditis/hi tanq̃ adoptati /cum eorum uicario ſolent uniuerſa curare. Signiferi qui ſigna portant/quos nunc Draconarios uocant. Teſſerarii qui teſſeras per contubernia militum nunciant. Teſſera autem dicitur præceptũ ducis quo uel ad aliquod opus uel ad bellum mouet̃ exercitus. Torquarii duplares. Torquarii ſimplares quibus torquis aureus ſolius uirtutis præmium fuit/quem qui meruiſſet præter laudem interdum duplam conſequebat̃ annonam. Item primus haſtatus duas centurias ideſt.cc.homines ducebat in acie ſecunda: quem nunc ducentarium uocant. Princeps autem primæ cohortis Centurio ſemis hoc ẽ.cl. homines gubernat. Sic decem centuriis regebant̃: quibus magnæ utilitates/et magnus honor a ueteribus eſt conſtitutus: ut cæteri milites ex tota legione omni labore ac deuotione contenderent ad tanta p̃mia peruenire. Erant etiam centuriones qui ſingulas centurias curabant

quí nunc centenarii nominantur. Erant Decani.x.militibus præpoſi
ti/qui nunc caput contubernii uocantur. Secũda cohors habet centu
riones.v. Similiter tertia et quarta uſq; ad decimã cohortem. In tota
autem legione erant centuriones.lxvi. Sed legati Imp. ex conſularibꝰ
ad exercitus mittebantur/quibus legiones et auxilia uniuerſa obtem
perabant in ordinatione pacis uel neceſſitate bellorum: in quorũ lo/
cum illuſtres uiros cõſtat magiſtros militũ ſubſtitutos/a quibus nõ tã
tũ binæ legiones ſed ẽt plures numero gubernant. Proprius autẽ iu/
dex erat pfectus legionis habens comitiuã primi ordinis dignitatem/
qui abſente legato/tanq̃ uicarius ipſius poteſtatem maximam retine/
bat: Tribuni uel Centuriones cæteriq; milites eius præcepta ſeruabãt
uigiliarũ ſiue profeſſionis. Teſſeras ab eodem petebant. Si miles cri/
men aliquod admiſiſſet auctoritate Præfecti legionis a Tribuno de/
putatur ad pœnam. Arma omnium militum/item equi ueſtes et an/
nona ad curam ipſius pertinebant. Diſciplina ſeueritas exercitus nõ
ſolum peditum ſed et equitum legionariorum præcepto eius quoti/
die curabat. Primum ſignum totius legionis eſt Aquila/quam Aq
lifer portat. Dracones etiam per ſingulaſ cohortes a Draconariis fe/
runtur ad prælium. Sed antiqui qui ſciebant in acie commiſſo bello
celeriter ordines acieſq; turbari atq; confundi/et ne hoc poſſet acci/
dere/cohortes in centurias diuiſerunt. et ſingulis Centuriis ſingula ue
xilla conſtituerunt/ita ut ex qua cohorte uel quota eſſet Centuria in
illo uexillo litteris eſſet aſcriptum: quod intuentes uel legentes milites
in quemuis tumultum a contubernalibus ſuis oberrare non poſſent.
Centuriones inſuper qui nunc Centurii uocantur/nimium bellico/
ſas loricas/tranſuerſis caſſidum criſtis/ut a ſuis facilius noſcerent/ha/
bebant/quiq; ſingulas gubernare iuſſerunt cateruas/ut nullus exiſte/
ret error. Cum cuncti milites ſequerentur non ſolum Vexillum ſuũ/
ſed etiam Centurionem/qui ſignum habebat in galea. Rurſus ipſæ cẽ
turiæ in contubernia diuiſæ ſunt/ut decem militibus ſub uno papilio
ne degentibus unus quaſi præeſſet decanus/qui caput Cõturbenii no
minatur. Contuberniũ autem Manipulus uocabat/ab eo ꝙ coniun
ctis manibus pariter dimicabant. Quemadmodũ inter pedites Cẽtu/
ria uel Manipulus appellat/ita inter equites Turma dicit: et hẽt una
Turma eqtes.xxxii. Huic q̃ præeſt/Decurio nominat. Pedites q̃ de/
cẽ decadibus Centuriæ præerãt/ab uno Cẽturione ſub uno uexillo gu
bernant. Similiter.xxxii.eqtes ab uno decurione ſub uno uexillo re/

guntur. Præterea centurio eligendus ē/q ſit magnis uiribꝰ et ꝓcera ſta tura/q haſtas uel miſſilia perite iaculet̄ et fortiter. Similiter eligēdus ē Decurio q turmæ eqtū ꝑponit/ īprimis habili corpe/ut loricatus et ar mis circūdatus oībꝰ/cū ſūma admiratōe equū poſſit aſcēdere / eqtare fortiſſime/cōto ſciēter uti/ſagittas doctiſſime mittere/turmales ſuos/id ē ſub cura ſua eqtes poſitos erudire ad oīa quæ equeſtris pugna depo ſcit. Nūc q̄liter īſtruēda ſit acies ſi pugna īmineat/declarat̄ unius legi onis exēplo/q̄ ſi uſus exegerit/trāſferri poſſit ad plures. Eqtes locant̄ ī cornibꝰ. Acies peditū a prima cohorte īcipit ordinari ī cornu dextro: huic cohors ſc̄da coiūgitur. Tertia cohors ī media acie collocat̄: huic ānectitur quarta. Quinta uero cohors ſiniſtrū ſuſcipit cornu/ſed āte ſigna/et circa ſigna/necnō ēt ī prima acie dimicātes principes uocabā tur/hoc ē ordinarii. Cæteriq̄ prīcipales/hæc erat grauis armatura/quæ habebat caſſides/Cataphractas/ocreas ī curribꝰ/ſcuta/gladios maiores quos ſpathas uocāt et alios minores quos ſemiſpathas nomināt: plū/batas qnas poſitas ī ſcutis/q̄s primo īpetu iaciūt. Itē bina miſſilia unū maius/ferro triāgulo unciarū nouē /haſtili pedū qnq̄ ſemis/ qd̄ pilū uocabāt: nūc ſpiculū dicit̄/ad cuius iactū exercebātur ꝑcipue milites / qd̄ arte et uirtute directum et ſcutatos pedites et loricatos eqtes ſæpe trāſuerberat. Aliud minus/ferro unciarū qnq̄/haſtili triū pedū ſemis/ qd̄ tūc uerriculū nūc uerutū dicit̄. prima acies principū/ſecūda haſta torum armis talibus dicetur īſtructa: Sed ī ſecūda acie dextro cornu cohors ſexta ꝓōebatur/cui iūgebatur ſeptima. Octaua cohors mediā aciē tenebat/nona comitāte. Decima cohors ī ſecūda acie ſemꝑ obti/net cornu. Inſtructōis uero lex ē/ut ī primo ordine exercitati/et uete/res milites collocentur/quos antea principes uocabāt. In ſecūdo ordi/ne circūdati cataphractis/et optimi milites cū ſpiculis uel lāceis ordinē tur/quos ꝓhaſtatos uocabāt. Inter ordinē a tergo uallatum ſex pedes diſtare uoluerunt/ut haberēt pugnātes ſpatiū accedēdi atq̄ recedēdi: Vehemētius.n.cū ſaltu curſuq̄ tela mittūt̄. In his duobꝰ ordinibꝰ æta te maturi et uſu cōfidētes/et muniti grauioribꝰ armis collocāt̄. Hi.n. ad uicē muri nec cædere/nec ſeq aliū debēt: ne turbētur ordīes/ſed ad/uerſarios uehemētes excipe/et ſtādo/pugnādoq̄ repellere uel fugare. Tertius ordo diſpōitur de armatis uelociſſimis: de ſagittariis iuuēibꝰ de bōis iaculatoribꝰ/quos antea ferētarios nominabāt. Quartus autē ordo cōſtituitur de ſcutatis expeditiſſimis: de ſagittariis iunioribꝰ/ de his q alacriter ſe agūt uerutis uel martiobarbulis/quas plūbatas nomi

nant/qui dicebantur leuis armaturæ. Sciendum est ergo stantibus primis ordinibus/tertiũ et quartum ordinem ad prouocandum cum missilibus et sagittis primo loco semper exire: qui si hostes in fugam uertere poterunt/ipsi cum equitibus persequuntur. Si uero ab hostibus pulsi fuerint / redeunt ad primam et secundam aciem/et inter ipsas recipiunt se ad loca sua. Prima autem et secunda acies cum ad Macheras id est spathas et pila ut dicitur uentũ fuerit/totũ sustinent bellũ. In qnta acie ponebãtur balistarii / fũditores/tragularii/fustibulatores q fustibalis lapides iaciũt. Fustibalus est lõgus pedibꝫ quattuor cui p mediũ ligatur fũda de corio/et utraqꝫ manu ĩpulsus/ꝓpe ad instar onagri dirigit saxa. Sextus ordo post oẽs a firmissimis et scutatis et omni genere armorũ munitis bellatores tenebãtur/quos antiq Triarios appellabãt. Hi ut requieti et ĩtegri acrius ĩuaderẽt hostes/post ultimas acies sedere cõsueuerãt. Sed siq̃d ĩ primis ordinibꝫ accidisset/de eorũ uiribꝫ repatiõis spes tota pẽdebat. Oẽs aũt signarii uel signiferi/ q̃uis pedites sint/loricas minores accipiebãt/et galeas ad terrorẽ hostium/ursinis pellibꝫ tectas. Cẽturiões uero habebãt cataphractas et scuta et galeas ferreas/trãsuersis et argẽtatis cristis/ut facilius agnoscerent a suis. Illud aũt sciẽdũ ẽ/ et modis oĩbus retinẽdũ/ q̃ cõmisso bello prima ac secunda acies stabat ĩmota. Triarii quoqꝫ residebãt. Ferentarii aũt armaturæ leuis et sagittarii et funditores aduersarios ꝓuocabãt: ante aciẽ ꝓcedentes/si hostes fugare poterãt/sequebãtur: sed si eorum uirtute ac multitudine ꝑmebãtur reuertebãtur ad suos et post eos stabãt. Excipiebat aũt ꝑlium grauis armatura et tãq̃ murus ut ita dicã/ferreus stabat/et nõ solum missilibus sed etiã gladiis cominus dimicabãt: Et si hostes fugassent/nõ sequebatur grauis armatura ne aciem suã ordinatiõnẽqꝫ turbaret/et dispsos recurrentes hostes incõpositos opprimeret: sed leuis armatura cum funditoribus sagittariis et eq̃tibꝫ fugientes sequebatur inimicos. Hac dispositione ac cautela sine periculo legio uincebat aut supata seruabatur incolumis. Quia legionis uis est facile nec fugere nec sequi: Sed ne milites aliquando in tumultu prælii a suis contubernalibus oberrarent diuersis cohortibus diuersa in scutis signa pingebant. Præterea in aduerso uniuscuiusque militis erat nomen litteris ascriptum addito / ex qua essent cohorte qua uel Centuria. Ex his autem apparet legionem bene institutam / quasi inuictissimam esse ciuitatem / quæ omnia prælio necessaria secum ubique portaret. Nec metueret repentinum

hostiũ superuẽtũ/quæ etiã in mediis cãpis subito fossa ualloq; muni/ ret. Hẽt p̃terea legio Tubicines. Cornicines. buccinatores. Tubicines ad præliũ uocãt milites et rursus receptui canunt. Cornicines quotiẽs canũt nõ milites sed signa ad eorũ obtẽperãt nutũ. Ergo quotiẽs ad aliquod opus exituri sunt soli milites Tubicines canũt: quotiẽs mouẽ da sunt signa Cornicines canunt. Classiarii autem appellant Buc/ cinatores q cornu ducũt exercitũ/hoc insigne uidet impiiq̃a classicũ canit impatore p̃sente uel cũ in militẽ capitaliter animaduertit. Hoc enim ex impialib9 legib9 fieri necesse ẽ. Siue ergo ad uigilias uel an/ garias faciẽdas siue ad opus aliquod uel ad cursionẽ cãpi exeũt mili/ tes/Tubicine uocãte operãtur. Rursus Tubicine admonẽte cessant. Cũ aũt mouẽtur signa/aut iã mota figẽda sũt: Cornicines canũt. Q̃d ideo in oĩbus exercitiis et ꝓcessib9 custoditur ut in ipsa pugna facili us obtẽpent milites: siue eos pugnare siue stare siue seq uel redire p̃ cipiũt Duces. Siq̃dẽ ratio manifesta ẽ/semp̃ in acie debere fieri quod necessario faciẽdũ uidetur ĩ p̃lio. De singulis cẽturiis q̃terni eq̃tes et quaterni pedites excubitũ nocte faciũt. Et q̃a impossibile uidebatur ĩ speculis uigilãtes singulos p̱manere/ideo in. iiii. p̱tes ad desidẽ sunt di uisæ uigiliæ/ut nõ amplius q̃ tribus horis nocturnis necessariũ sit ui/ gilare. A tubicine omnes uigiliæ cõmittũtur/et finitis horis a cornici ne reuocãtur. Cõstructa acie peditũ eq̃tes ponũtur ĩ cornib9/ita ut lo ricati oẽs et cõtecti iuncti sint pedib9. Sagittarii autẽ uel q loricas nõ habẽt/lõgius euagẽtur: a fortiorib9 nãq; eq̃tib9 peditũ ꝓtegẽda sunt latera/et a uelociorib9 atq; expeditis hostiũ cornua semp̱ fũdẽda atq; turbãda. Scite dux debet cõtra Cuneos hoc ẽ globos hostiũ/quot eq̃ tes oporteat poni. Nã nescio q̃ occultatõe/imo pene diuina / alii cõn tra alios dimicãt melius/et q fortiores uicerãt/ab iferiorib9 sæpe uincũ tur: Q̃d si eq̃tes ipares fuerint more ueterũ/uelocissimi cũ scutis leui b9 pedites ad hoc ipsũ exercitati/iisdẽ miscẽdi sũt/quos expeditos q̃si uolitãtes uelites nominabãt. Quo facto/ q̃uis fortissimi eq̃tes hostiũ euenerint/tamẽ aduersus mixtũ agmẽ pares esse nõ possũt. Vnũ hoc remediũ oẽs duces ueteres inuenerũt/ut assuefacerẽt iuuenes curren/ tes egregie / et inter binos equites singulos ex his pedites collocarent cũ leuioribus scutis / gladiis/atque missilib9. Elephanti in præliis ma/ gnitudine corporum /barriti horrore/formæ ipsius nouitate/homines equosque conturbant. hos contra Romanum exercitum primus in Lucania Rex Pyrrhus eduxit: postea Hannibal in Aphrica: Rex

Antiochus in oriente :Iugurta in Numidia copiosos habuerunt/ad/
uersus quos diuersa excogitarunt genera armorum .Nam Centurio
in Lucania/gladio manum quam promuscidem uocant/uni abscidit:
et bini cataphracti equi iungebantur ad currum/quibus insidētes/cli/
banarii sarissas/hoc est longissimos contos in elephantos dirigebant.
Alii contra elebpantos cataphractos milites īmiserūt/ita ut in brachi
is eorum uel in cassidibus uel humeris aculei ingentes ponerentur ex
ferro / ne Elephas bellatorem contra se uenientem posset apprehēde
re:Præcipue tamen antiqui uelites aduersus elephantes ordinauerūt.
Velites autem erant iuuenes/leui armatura /corpore alacri/qui ex eqs
optime missilia dirigebant.hi equis præcurrentibus ad latiores lance
as uel maiora spicula beluas occidebant:Sed crescēte audacia /postea
collecti plures milites/pariter pila id est missilia in elephantes conge/
rebāt/eosq; uulneribus elidebant .illud additum ē ut funditores cum
fustibalis et fundis / rotundis lapidibus destinatis in illos per quos re
gebantur elephantes/cum ipsis turribus affligerent atq; mactarent/
quo nihil tutius inuenitur : postea uenientibus beluis quasi irru/
pissent aciē spatium milites dabant/quæ cum in agmen medium per
uenissent circumfusis undiq; armatorū globis a magistris militū abs/
que uulneribus capiebant illesi. Sed optima ratio ēet ad uictoriā plu
rimū confert/ut lectissimos de peditibus equitibusq; cū uicariis / co/
mitibus tribunisq; uacantibus habeat dux post aciem in subsidiis p̄/
paratos .alios circa cornua/alios circa medium:ne sicubi hostis uehe
mēter insistit/ ne rumpatur acies/prouolēt subito/et suppleant loca /
additaq; uirtute/inimicorum audaciam frangant.Huius cautelā pri/
mi lacones inuenerunt imitati Carthaginenses .Alterā post hæc ubi/
que seruarunt:hac dispositione nulla melior inuenitur:Nam directa
acies hoc solum agere debet/petere ut hostem repellat/aut fundat.Si
cuneus sit agendus aut forfex/superfluos habere debebit/ de quibus
cuneum forficemq; faciens ducenda sit : gnauiter ex abundantibus
ducitur.Nam si de loco suo ordinatum militem trāsferre cœperis/uni
uersa turbabis.Quod si bellatorum copia tibi nō abundat/melius est
habere aciē breuiorē dūmodo in subsidiis colloces plurimos. Cū ex
plorator hostiū latenter oberrat ī castris/oēs ad tētoriū suum p̄ diem
redire iubeātur: statim dep̄hēdit explorator.Cū cōsiliū tuū cogno/
ueris aduersariis p̄ditum dispositionē mutare te cōuenit.Raro enim
manet absconditum/qd̄ ad noticiam multitudinis iam p̄uenit. Fieri

Quid debeat tractato cum multis: Quid uero facturus ſis/ cum pau/ ciſſimis ac fideliſſimis uel potius ipſe tecum.

Hæc Martii operis præcepta per diuerſos auctorum libros diſpſa Im/ perator inuicte mediocritatem meã abbreuiare iuſſiſti / ne uel faſtidi um naſceretur ex plurimis/uel plenitudo fidei deeſſet in paruis. Neq; enim degenerauit in hominibus Martius calor / nec defectæ ſunt ter ræ/quæ Lacedemones/quæ Atheniẽſes/quæ Marſos/quæ Sãnites / quæ Pelignos / quæ ipſos progenuere Romanos. Nonne Epiri armis pluri mum aliquando ualuerunt? Nonne Macedones ac Theſſali / ſupera tis Perſis/uſq; ad Indiam bellando penetrarunt? Dacos autem et My ſos et Thraces inter bellicoſos ſemper fuiſſe / manifeſtũ eſt: ut ipſum Martem fabulæ apud eos natum eſſe confirment. Longum eſt ſi uni uerſarum prouinciarum uires enumerare contendam/ cum omnes in Romani imperii ditione conſiſtant: Sed longa ſecuritas pacis homi/ nes partim ad delectationẽ ocii partim ad ciuilia traduxit officia \ ita cura exercitii militaris primo negligentius agi: poſtea diſſimulari: ad poſtremum olim in obliuione perducta cognoſcitur.

L A V S D E O.

DE Arte Militari: Frontinum: Vegetium: Aelianum et Modeſtũ auctores penitus Diuinos q̃caſtigatiſſime impreſſit omni ſolertia Plato de Benedictis Bononienſis In alma ciuitate Bononiæ Anno ſalutis. M. cccc. lxxxxyi. Decimoſexto kalen. Februarias.



REGISTRVM.

AA
prima alba
Sexti
ter principes
BB
Quintum
Idem
Nam
CC
in capadocia
locatas
latera
DD
tate
petum
mani
EE
qua
cum a
nem
FF
tæ noluit
laboriosa

GG
prima alba
FLAVII
sus omnia
HH
re postulabant
tem spectare
eos natum
II
uis tumultu
quoq; residebat
saccus
kk
quemadmodum
per diem
net:qui
LL
cum ad conflictũ
campi
tem quem
MM
re proficit
Ne sagittis
bus;ũt

NN
tia siue
uarchos idest
OO
Aeliani
rum natura
ce habeat
PP
seu forma
totus secundi
de curruum
QQ
lanx obiici
Phalanx anc
Phalãx home
RR
in scutum
MODESti.
Qui nunc